tores, qui de humoribus copiosissime disseruerunt, quaedam mihi eorum, quae ab Hippocrate minus distincte prodita sunt, commode distinxisse videntur, quaedam vero nihilominus falso pronuntiasse. Inter recentiores autem de melancholia a Rufo Ephesio praestantissime admodum scriptum est, atque ita, ut nihil praeterea desiderari non immerito quis possit afferere, si modo ea animo aequiori, non studio contentiose contradicendi intelligantur: quod frequentissime recentiorum medicorum non pauci affectant, atque hi potissimum, qui se ipsos Erasistrateos et Asclepiadeos atque Methodicos vulgo appellant. Ex quibus nonnulli et sophismata struxerunt, quibus sermonem de humoribus ad medicae artis opera nullius esse usus demonstrare contendunt. Primum igitur nos, ut consuevimus, quod utile est, enarrabimus: mox transeuntes ad quaesita, quae hanc tractationem consequi videntur, non cunctabimur: postremo eorum etiam contentiosas rationes dissolvere, qui artem, quae circa humores versatur, prorsus inutilem esse ducunt. Verum ne disputatio nostra obscurior evadat,

περὶ τὸν λόγον γίγνοιτο, καθ᾽ ἑκάστου χυμοῦ φύσεως ἓν ὄνομα θέμενοι οὕτω πειρασόμεθα διὰ παντὸς ἑρμηνεύειν αὐτόν. οὐκ ἐνδέχεται δὲ πρᾶξαι καλῶς τοῦτο χωρὶς τοῦ διελθεῖν αὐτῶν τὰς ἰδέας. τοῦτ᾽ οὖν ἤδη πράξωμεν, ἀπὸ τοῦ γνωριμωτάτου πᾶσιν ἀνθρώποις ἀρξάμενοι χυμοῦ.

Κεφ. β΄. Φαίνεται δ᾽ οὗτος, ἐάν τε ἀρτηρία τις ἢ φλὲψ τρωθῇ, παραχρῆμα τῶν περιεχόντων αὐτὸν ἀγγείων ἐκχεόμενος, ἐρυθρότερος μὲν ἐκ τῶν φλεβῶν, ξανθότερος δὲ τοὐπίπαν ἐκ τῶν ἀρτηριῶν. ἀλλὰ πήγνυταί γε ἑκάτερος εὐθέως, οὐ μόνον ἐκπίπτων τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ αὐτὸ περιεχόμενος ἔτι, καθ᾽ ὄντιν᾽ οὖν τρόπον. καὶ τήν γε πῆξιν αὐτοῦ τελευτῶσαν εἰς θρόμβον ὁρῶμεν· οὕτω γὰρ ἔθος ὀνομάζειν τοῖς Ἕλλησι τὸ πεπηγὸς αἷμα. φαίνεται δὲ πηγνύμενον οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τὴν κοιλίαν τε καὶ τὰ ἔντερα χωρίοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν κύστιν, ἐν ᾗ τὸ οὖρον ἀθροίζεται, καὶ κατὰ πνεύμονά τε καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, ὥσπερ γε κἀν τῷ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος,

unicuique humori ex illorum natura nomen unum imponentes, fic deinceps in tota tractatione eos perpetuo appellabimus: at id commode nequaquam fieri poterit, nifi prius eorum fpecies explicaverimus. Proinde rem aggrediamur, a notiffimo omnibus hominibus humore fumentes exordium.

Cap. II. Videtur autem hic humor, quum vel arteria, vel etiam vena fuerit vulnerata, illico ex vafis ipfum continentibus effundi, rubeus fane magis ex venis, flavior autem ex arteriis manans: verum confeftim uterque concrefcet non folum extra corpus fluens, verum etiam in quovis ipfius loco contentus: atque hanc ipfius concretionem in θρόμβον, hoc eft grumum, terminari videmus: fic enim Graeci fanguinem concretum appellare confueverunt. Concrefcere autem folet non folum in ventriculi atque inteftinorum fpatiis, verum etiam in vefica, in qua urina colligitur, adhuc etiam in pulmone atque afpera arteria, ficuti in media inter thoracem atque pulmonem regione, necnon in mulierum

ἔν τε ταῖς μήτραις ἐπὶ γυναικῶν. ἐπικρατεῖ μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ κατὰ τὸν χυμὸν τοῦτον ἡ ἐρυθρὰ χρόα, καὶ τό γε κάλλιστον αἷμα τοιοῦτο ἀκριβῶς ἐστι. φαίνεται δ' ἐνίοτε καὶ ξανθότερον τοῦδε καὶ μελάντερον, ὥσπερ γε τῇ συστάσει παχύτερον καὶ λεπτότερον. εὑρίσκεται δ' ἐνίοτε καὶ τὸ τῶν φλεβοτομηθέντων αἷμα λεπτὴν ὑγρότητα περιέχον, ἥτις ἐν τῷ πήγνυσθαι διακρινομένη τὴν ἐπιπολῆς αὐτοῦ καταλαμβάνει χώραν. εὔλογον γὰρ δήπου κἀκ τοῦ ποτοῦ συναναφέρεσθαί τι τῷ γεννηθέντι κατὰ τὸ ἧπαρ αἵματι, τὴν ἔκκρισιν λαμβάνον ὕστερον, οὐ μόνον διὰ τῶν οὔρων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἱδρώτων, καὶ κατὰ τὴν καλουμένην ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοήν. φαίνεται δ' ἐνίοτε καὶ φλεγματώδης χυμὸς ἐποχούμενος τῷ αἵματι, καθάπερ γε καὶ σύμπαν ἱκανῶς παχύτερον καὶ μελάντερον, ὡς ἐοικέναι πολλάκις ὑγρᾷ πίττῃ. καλεῖται μὲν οὖν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἐκχεόμενον, ὁποῖον ἂν ᾖ, μιᾷ προσηγορίᾳ τῇ τοῦ αἵματος, οὐδεμιᾶς τῶν εἰρημένων αὐτοῦ διαφο-

utero. Igitur magna ex parte in hoc humore rubens color exuperat, et talis exacte optimus ſanguis exiſtit, apparet autem nonnunquam hoc ipſo flavior ac nigrior, ſicuti et conſiſtentia craſſior atque tenuior. Quin invenitur quandoque et ſanguis, qui vena ſecta mittitur, tenuem in ſe humiditatem habens, quae, ubi ſanguis concreſcit, ſecernitur et regionem ipſius ſuperiorem occupat. Nempe rationi conſentaneum eſt, ut ex potu quippiam cum ſanguine, qui in jecore eſt genitus, per corpus deſeratur, quod quidem mox non ſolum per urinas, ſed etiam per ſudores et per ſenſui latentem tranſpirationem excernitur. Interdum etiam videre licet pituitoſum humorem cum ſanguine delatum, quemadmodum et totum aliquando ſanguinem craſſiorem atque nigriorem ita, ut ſubinde liquidam picem referre videatur. Qui igitur ex venis et arteriis effunditur, qualiſcunque ſit, unicam ſanguinis appellationem habet, quum nulla ex illius differentiis ante enumeratis proprium nomen

Ed. Chart. III. [166.] Ed. Baf. III. (358.)

ρῶν ἴδιον ἐχούσης ὄνομα. καὶ πήγνυται πᾶν αὐτίκα, κἂν εἰς σαρκῶδες μόριον ἄχρι βάθους διαιρεθὲν ἐκχυθῇ. παραπλήσιος δέ τις αἵματι παχεῖ καὶ μέλανι χυμὸς ἕτερος ὁρᾶται πολλάκις ἐκκρινόμενος, ἐμούντων τε καὶ διαχωρούντων, οὐ μὴν πηγνύμενός γε, κἂν ἐπὶ πλεῖον ὁμιλεῖ τῷ πέριξ ἀέρι. καὶ τούτου γ' αὐτοῦ ποτὲ μὲν αἴσθησις γίνεται τοῖς ἐμοῦσιν ὀξέος τε ἅμα καὶ στρυφνοῦ, ποτὲ δὲ οὐδεμίαν ἔχοντος ἐμφανῆ ποιότητα, μήτ' οὖν γλυκύτητα, καθάπερ τὸ αἷμα, μήθ' ἁλυκότητα, καθάπερ ἐνίοτε τὸ αἷμα καὶ τὸ φλέγμα, μήτε πικρότητα, καθάπερ ἡ ξανθὴ χολή. πρόδηλον οὖν ἐστι, νοσῶδες μὲν εἶναι τὸ ἁλυκὸν αἷμα καὶ τὸ φλέγμα. τοὐπίπαν δὲ τὸ μὲν αἷμα γλυκὺ φαίνεται, τὸ δὲ φλέγμα ἄποιον, καθάπερ ὕδωρ. ἀλλ' ἐκτρεπόμενόν γε τῆς κατὰ φύσιν ποιότητος οὐχ ἁλυκὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀξὺ γίνεται, μεταλαμβάνει δέ ποτε καὶ γλυκείας ποιότητος. ἀλλὰ καὶ τοῦτον τὸν χυμὸν, ὁποῖος ἂν ᾖ, φλέγμα καλοῦσιν, εἰ μόνον εἴη λευκός. ἔχει δὲ τὸ κοινὸν ἁπάντων χυμῶν

obtineat. Et totus ftatim concrefcit, etiamfi in carnofam partem ad profundum ufque divifam effundatur. Atque alius etiam humor quidam fanguini craffo et nigro fimilis faepenumero tum per vomitum, tum per dejectionem excerni confpicitur, non tamen, etfi diutius aëri ambienti fuerit expofitus, omnino denfatur. Atque hic ipfe humor aliquando a vomentibus acidus fimul et acerbus fentitur, quandoque vero nullam prae fe fert manifeftam qualitatem, neque dulcedinem, quemadmodum et fanguis, neque falfedinem, ut fanguis interdum et pituita, neque amaritudinem, ficuti flava bilis. Igitur perfpicuum eft, fanguinem falfum atque pituitam morbofa effe. Namque majori ex parte fanguis dulcis apparet, pituita autem omnis qualitatis expers, veluti aqua: verum, naturali qualitate permutata, non modo falfa, fed acida etiam fit: quin et non raro dulcem qualitatem acquirit. Hunc itaque humorem, qualifcunque fuerit, pituitam appellant, fi modo albus extiterit, fervetque commune omnium humorum indicium, quod fcilicet non

γνώρισμα, τὸ μὴ πήγνυσθαι. πρόδηλον δ' ὅτι διαφέρει μηδὲν ἁλμυρὸν ἢ ἁλυκὸν ὀνομάζειν ὅντινα χυμόν, [167] ἄμφω γὰρ τὰ ὀνόματα ταὐτὸ σημαίνει πρᾶγμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερός τις χυμὸς, ἀεὶ μὲν πικρὸς τοῖς ἐμοῦσιν αὐτὸν φαινόμενος, οὐκ ἀεὶ δὲ ξανθὸς, ἀλλ' ὠχρὸς ἔστιν ὅτε· καὶ παχύτερος διαπαντὸς ὁ ξανθὸς τοῦ ὠχροῦ φαίνεται. ὥστ' ἐκ τούτων τεκμαίρονται προσηκόντως οἱ περὶ χυμῶν ἄριστα γνόντες, ὑγρότητος ἐπιμιξίᾳ λεπτῆς καὶ ὑδατώδους τῇ συστάσει τὴν ξανθὴν χολὴν ὠχρὰν φαίνεσθαι. καλοῦσι δ' ἔνιοι μὲν ὑδατώδη τὴν ὑγρότητα ταύτην, ἔνιοι δ' ὀῤῥώδη, τούτου τοῦ γένους οὖσαν, ἐξ οὗ τό τε οὖρόν ἐστι καὶ ὁ ἱδρώς. ὥσπερ δὲ μιγνυμένης τῆς λεπτῆς ὑγρότητος ἡ ξανθὴ χολὴ κατά τε τὴν χρόαν ὠχροτέρα καὶ τὴν σύστασιν ὑγροτέρα γίνεται, οὕτως, ὅταν ἐπὶ πλέον αὐτὴ διαφορηθῇ, τῇ τῶν ὠμῶν ὠῶν λεκίθῳ παραπλησία φαίνεται, καὶ διὰ τοῦτο καλεῖται λεκιθώδης. αὕτη μὲν οὖν ἡ χολὴ, κἂν ὠχρὰ, κἂν ξανθὴ, κἂν λεκιθώδης φαίνηται, τὴν γένεσιν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἴσχει. κατὰ δὲ τὴν γαστέρα πρασοειδὴς

concrefcat. Conftat autem nihil intereffe, vel falfum vel falfuginofum quemcumque humorem appelles, etenim eandem rem utrumque nomen fignificat. Eft autem praeter hos alius quidam humor, qui fane eum vomentibus perpetuo amarus apparet, non femper autem flavus, fed quandoque pallidus, femper autem, qui flavus eft, pallido craffior videtur. Quamobrem ex hifce recte admodum conjectantur, qui optime de humoribus fentiunt, quod ex commixtione tenuis humiditatis et confiftentia aquofae flava bilis pallidum colorem induat. Appellant autem hujufcemodi humiditatem alii quidem aquofam, alii vero ferofam, quae fane ejufdem generis exiftit, cujus eft fudor et urina. Sicuti vero flava bilis tenui humiditati commixta et colore pallidior et confiftentia humidior evadit, fic, ubi plurimum ipfa refolvitur, crudorum ovorum vitellis fimilis apparet, atque ob id vitellina appellatur. Igitur haec bilis, five pallida fit, five flava, five vitellina, in vafis generationem habet.

τις ἑτέρα γεννᾶται. καλοῦσι γὰρ οὕτως αὐτὴν ἀπὸ τῆς χρόας τῶν πράσων παρονομάσαντες, ὥσπερ γε καὶ τὴν ἰώδη παρὰ τὸ τῷ ἰῷ ὁμοιοῦσθαι. ὠνόμασται δὲ καὶ ἰσατώδης τις χολὴ παρὰ τὴν τῆς ἰσάτιδος χρόαν τῆς γλαυκῆς. αὗται πᾶσαι κοινὸν ἔχουσι τὸ διαμένειν. οὕτως οὖν καὶ τὴν ἐρυθρὰν ἔνιοι χολὴν ὠνόμασαν, ἐγγὺς οὖσαν αἵματι λεπτῷ κατὰ τὴν σύστασιν, ἀλλ᾽ ὅτι μὴ πήγνυται, διὰ τοῦτο χολὴν αὐτὴν προσαγορεύουσι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως ἐπὶ πλέον ἢ κατὰ τὴν προκειμένην εἴρηται πραγματείαν τῇ τε κοινωνίᾳ τοῦ λόγου καὶ τῷ χρησίμῳ τῆς γνώσεως, ἔτι τε τῷ συντόμῳ τῆς διδασκαλίας προτρεψαμένης με διελθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τὸν περὶ τῆς μελαίνης χολῆς λόγον ἐπανέλθωμεν.

Κεφ. γ'. Ὅτι μὲν οὖν οὐ πήγνυται, διώρισται μὲν ἀπὸ τοῦ μέλανος αἵματος, οὐ μὴν ἤδη γε καὶ ἀπὸ τῶν μελάνων ἰδίως ὀνομαζομένων. ἐμεῖταί τε γὰρ καὶ διαχωρεῖται πολλάκις τοιαῦτα, πάμπολυ διαφέροντα τῆς μελαίνης,

At in ventriculo quaedam bilis alia gignitur, quae a porraceo colore appellatione desumpta porracea nuncupatur, quemadmodum et aliam ab aeruginis similitudine aeruginosam dicas. Est vero et alia quaedam bilis, quae a calore glauci glasti glastea nominatur. Atque his omnibus commune est, quales sunt, citra concretionem permanere. Jam vero et rubram bilem quidam nominarunt, quae consistentia sanguini tenui proxima est. Verum eo, quod non concrescit, idcirco eam bilem nuncupaverunt. Haec igitur fortasse latius disseruimus, quam ad propositum negotium pertinere videatur. Id autem factum est, hortante nos sermonis communitate, tum cognitionis utilitate, atque etiam doctrinae compendio, ut de hisce nonnihil pertractaremus. Verum ad sermonem de atra bile redeamus.

Cap. III. Quoniam igitur non concrescit, ex hoc a sanguine nigro distinguitur, non tamen ab his, quae proprie nigra nominantur. Haec siquidem talia saepius vomuntur ac dejiciuntur, ab atra bile quam plurimum

οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς αἰσθηταῖς ποιότησιν. οὔτε γὰρ στρυφνότητος, οὔτε ὀξύτητος μετέχει σαφῶς ταῦτα, τῆς μελαίνης χολῆς κατά τε τὴν γεῦσιν ἐμφαινούσης τοῖς ἐμοῦσιν αὐτὴν καὶ κατὰ τὴν ὄσφρησιν, οὐκ ἐκείνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. οὐ μὴν οὐδὲ ζυμοῖ τὴν γῆν, ὡς ἐκείνη. ἀλλ᾽ εἰ καὶ κατὰ τοῦτ᾽ ἔοικεν ὄξει δριμυτάτῳ, τῷ παχυμερεῖ τῆς οὐσίας ἐναντιώτατα διάκειται, καὶ διὰ τοῦθ᾽, οἷς ὁμιλήσειεν ἂν τοῦ σώματος μέρεσιν ἄκρατος, ἑλκοῖ πάντως αὐτὰ διαβιβρώσκουσα. τὸ μὲν γὰρ ὄξος, ἅτε λεπτομερὲς ὄν, διεξέρχεται, τὸ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς πάχος, ἕδραν μόνιμον αὐτῇ παρέχον, αἴτιον τῆς ἀναβρώσεως γίνεται. ὥσπερ δὲ τοῖς εἰρημένοις γνωρίσμασι σαφῶς διορίζεται τῶν μελάνων, εἴτε χυμῶν ἐθέλεις λέγειν, εἴτε διαχωρημάτων, εἴτ᾽ ἐδεσμάτων, ἡ μέλαινα χολή, οὕτω κἂν τῷ μήτε μυῖαν μήτ᾽ ἄλλο τι ζῶον ἐθέλειν αὐτῆς γεύσασθαι, καθάπερ οὐδὲ τῆς κατακοροῦς ἅλμης. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ διαζῇ ζῶον, ὡς ἡ καλουμένη νεκρὰ θάλασσα τεκμήριον.

differentia non modo facultate, verum etiam qualitatibus, quae fenfu percipiuntur. Nam haec neque acerbum faporem neque acidum manifefte participant, quum atra bilis non folum ad guftum his, qui illam evomunt, verum etiam ad olfactum tum his, tum aliis etiam talis effe appareat: adhuc nigra nequaquam terram fermentat, ficuti illa, quae, etfi acerrimo aceto quam fimilis fit, fuarum tamen partium craffitie illi quam maxime contraria exiftit; atque idcirco, quibus corporis partibus pura atque impermixta adhaeret, eas prorfus exedendo ulcerat; etenim acetum eo, quod eft tenuium partium, permeat, at bilis atrae craffitudo, quum ipfis ftabilem fedem exhibeat, corrofionis caufa fit. Igitur quemadmodum ex dictis indiciis atra bilis ab his, quae nigra vocantur, (five quifpiam ea humores, five dejectiones, five edulia nominet,) manifefte diftinguitur, fic et ex hoc, quod neque mufcae, neque aliud quodvis animal eam velit deguftare, ficuti nec meram falfuginem; neque enim in ea degere valet animal: cujus rei mare mortuum appella-

καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἔοικεν ἡ γένεσις αὐτῆς ὀλέθριος ὑπάρχειν, ὑπεροπτηθέντος τοῦ μέλανος χυμοῦ συμβαίνουσα. πολὺ δὲ δήπου τῆσδε τὴν ἐκ τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεροπτηθείσης γινομένην μέλαιναν ὀλεθριώτερον εἶναι νομιστέον, [168] ὅσωπερ καὶ ὁ χυμὸς τοῦ χυμοῦ δραστικώτερος, ἡ ξανθὴ χολὴ τῆς οἷον ὑποστάθμης τοῦ αἵματος, ἣν ἀμόργῃ καὶ τρυγὶ παραπλησίαν ἔφασαν ἔχειν τὴν γένεσιν οἱ περὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα σπουδάσαντες. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐπ᾽ ἄλλων πολλῶν πραγμάτων, ὁμωνύμων μὲν ἀλλήλοις, ἐναντίας δὲ φύσεως ὄντων, ἡ τῆς προσηγορίας κοινότης ἔσφηλέ τινας, οὕτω κἀπὶ τῶν εἰρημένων δυοῖν χυμῶν ἔνιοι σφαλέντες ᾠήθησαν ἐπ᾽ ἀγαθῷ πολλάκις ἐμεῖσθαί τι καὶ διαχωρεῖσθαι μελαίνης χολῆς. ἐγὼ δ᾽ ἐκ μειρακίου παρὰ Πέλοπι τῷ διδασκάλῳ μαθὼν ἑκατέρου τῶν χυμῶν τὰ γνωρίσματα, κἄπειτα παραφυλάξας αὐτὰ δι᾽ ὅλου (359) τοῦ ἐμοῦ βίου μέχρι δεῦρο, τὸν μὲν τῆς ἀκριβοῦς μελαίνης χολῆς χυμὸν ὀλεθρίως ἐκκρινόμενον ἐθεασάμην ἀεί, τὴν δὲ τῶν μελάνων

tum abunde firmum praebet indicium. Atque idcirco illius generatio perniciofa effe cenfetur, quum ex humore atro fupra modum affato contingat. Caeterum ea bilis atra, quae ex flava bile fuperaffata gignitur, tanto ac dicta perniciofior eft aeftimanda, quanto nimirum humor alter altero efficacior exiftit, flava inquam bilis altero, qui eft veluti fanguinis fedimentum, quem amurcae quidem et faeci fimilem generationem habere dixerunt, qui in artis operibus ftudiofe funt verfati. Verum quemadmodum in multis aliis rebus, quae quum idem nomen fortiantur, naturas tamen contrarias poffident, appellationis communitas nonnullos decepit, fic et in duobus narratis humoribus multi aberrantes frequenter aliquid bilis atrae falubriter tum evomi, tum etiam dejici exiftimarunt. Ego vero quum adhuc adolefcens a Pelope praeceptore utriufque humoris figna didicerim, deinde toto vitae meae tempore ufque ad hunc diem ea obfervaverim, femper quidem exactae bilis atrae humorem excerni ad perniciem animadverti,

κένωσιν οὐκ ὀλιγάκις ἐπ᾽ ἀγαθῷ γενομένην. ἀρκεῖ μὲν οὖν καὶ τοῦτο γινώσκεσθαι μόνον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα, καὶ μάλιστα ἐάν γε μετὰ διορισμοῦ τῶν καιρῶν, ἐν οἷς ἐκκρίνεται, μάθῃ τις τὸν λόγον, ὃν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐγὼ διηγήσομαι. τῷ δὲ μήπω διὰ μακρᾶς πείρας ἐγνωκότι τὸ γινόμενον ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ τῇ κενώσει, θαυμάζειν ἴσως ἢ ἀπιστεῖν εἰκός ἐστιν, εἰ τοῦ μοχθηροτάτου χυμοῦ κενουμένου βλάπτεται τὸ σῶμα· τοὐναντίον γὰρ εὔλογον εἶναι δόξει, τῶν βλαπτόντων ἐκκενουμένων, ὑγιεινότατον αὐτὸ γίνεσθαι. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον καὶ ἡ τῶν μελάνων κένωσις. ἀλλ᾽ ὁ διὰ μακρᾶς πείρας πεισθεὶς, ὅτι, ὡς ἄρτι μοι λέλεκται, γίνεται, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν αἰτίαν τοῦ συμβαίνοντος, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐθελήσῃ τὰ γεννῶντα τὴν μέλαιναν χολὴν εὑρεῖν, ὧν ἤδη μὲν ἡ ἀρχὴ τῆς εὑρέσεως εἴρηται, βέλτιον δὲ καὶ τὸ σύμπαν τοῦ λόγου προσθεῖναι. τοῦ γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας τε καὶ τῶν ἐντέρων εἰς ἧπαρ ἀναδιδομένου χυλοῦ

eorum vero, quae nigra appellantur, evacuationem non raro falubrem extitiffe. Igitur hoc tantum ad artis opera noviffe fufficiet, praecipue fi quis cum diftinctione temporum, in quibus fit excretio, etiam rationem didicerit, quam ego in fequentibus explicabo. At qui in utraque evacuatione longa experientia non eft exercitatus, mirabitur fortaffe, et non immerito, et adhuc nequaquam credet, pravo videlicet humore evacuato corpus laedi, quum contra rationi confentaneum effe videatur, ut moleftantibus humoribus evacuatis corpus ipfum faluberrimum relinquatur: fecundum hanc igitur rationem et nigrorum evacuationem fieri cenfendum. Verum qui longa experientia fuerit perfuafus, quid, ut fupra dictum eft, his, qui circa artis opera verfantur, ufu venit, is fane, quaenam fit hujus rei caufa, quam facillime inveniet, ac praefertim quum voluerit ea, quae atram bilem generant, inveftigare, quorum inveniendorum principium jam dictum eft. At melius erit univerfum sermonem adjicere. Nam humoris illius, qui ex ventriculo atque in-

Ed. Chart. III. [168.] Ed. Baf. III. (359.)

τὸ μέν τι λεπτομερέστερόν ἐστι τῇ συστάσει, τὸ δὲ παχυμερέστερον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐδεσμάτων αὐτῶν αἱ οὐσίαι διαφέρουσι. γινωσκόντων δ' ἡμῶν, ἅπαντα τὴν διοικοῦσαν τὸ σῶμα φύσιν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ζώου πράττειν, ὁρώντων τε καὶ τοὺς ἐκκριτικοὺς πόρους τῶν ἀχρηστοτέρων μορίων τῆς τροφῆς τε καὶ τοῦ ποτοῦ, θαυμαστὸν οὐδὲν εἶναι δοκεῖ, καὶ τῆς ὑποστάθμης τοῦ αἵματος ἐπιτεχνήσασθαί τινα κένωσιν αὐτήν, ἥτις ὁποία μέν ἐστι καὶ διὰ τίνων γίνεται μορίων, αὖθις ἐπισκεψόμεθα.

Κεφ. δ'. Νυνὶ δὲ πρότερον, ἃ διὰ τῆς πείρας ἔγνωμεν, ἀρχὴν ποιησάμενοι τῆς διὰ τοῦ λόγου γενησομένης σκέψεως, ὅσα πεπείσμεθα χρόνῳ πολλῷ βασανίσαντες, εὑρηκέναι ταῦτα ἐροῦμεν. ὁρᾶται δὴ τὸ κατὰ τὰς φλεβοτομίας αἷμα παχύτερον καὶ μελάντερον ἐν ταῖς τῶν ξηρῶν καὶ θερμῶν σωμάτων φύσεσι, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας ὥρας, καὶ χώρας, καὶ καταστάσεις, ἐπιτηδεύματά τε καὶ δίαιταν ἐν ἐδέσμασι παχυχύμοις τε καὶ αὐχμώδεσιν,

testiplis ad jecur transfertur, pars quaedam confistentia tenuior, quaedam vero craffior exiftit, quemadmodum et eduliorum fubftantiae inter fe differre confpiciuntur. Quum autem cognofcamus, naturam, quae corpus gubernat, omnia ad animalis falutem efficere, videamufque etiam meatus conftitutos ad excernendam partem inutiliorem alimenti ac potus, nihil mirum videri debet, fi eadem natura fedimenti etiam fanguinis evacuationem non inartificiose molita fit, quae qualifve fit, et per quas partes perficiatur, rurfum confiderabimus.

Cap. IV. Nunc autem ab iis, quae per experientiam deprehendimus, futurae difputationis initium fumentes ea dicamus, quaecunque longo tempore perveftigantes nobis perfuademus adinveniffe. Sanguis, qui vena fecta mittitur, nigrior effe videtur in ficcis et calidis corporum temperamentis, ficuti et in hujufcemodi anni temporibus, et regionibus, conftitutionibus, vitae ftudiis, victus ratione, cibis craffis et ficcis, quales funt lens,

ὁποῖόν ἐστι φακὴ, καὶ κοχλίαι, καὶ κρέα ταύρεια καὶ τράγεια, καὶ μᾶλλον εἰ ταριχευθείη. τῆς τοιαύτης ὕλης ἐστὶ καὶ μέλας οἶνος παχύς τε καὶ αὐστηρός. οὕτω δὲ καὶ τῶν νοσημάτων ὅσα κατὰ θερμὴν καὶ ξηρὰν δυσκρασίαν γίνεται, καθάπερ οἱ καῦσοι, παχὺ καὶ μέλαν ἀποφαίνουσι τὸ αἷμα. τοιοῦτον δ᾽ αὐτοῖς καὶ ὁ μακρὸς οὗτος λοιμὸς, [169] ὁ ἐπὶ τοῦ μακροῦ θέρους γενόμενος, εἰργάζετο, καὶ τῶν γε διασωθέντων οὐκ ὀλίγοις ἔκκρισις διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐγίγνετο τῶν καλουμένων μελάνων ἐπὶ τῆς ἐννάτης ἡμέρας τοὐπίπαν, ἢ ἑβδόμης, ἢ ἑνδεκάτης. ὧν καὶ αὐτῶν ἐφαίνοντο διαφοραὶ πλείους, ἐνίων μὲν ἐγγυτάτω τῆς μελαίνης ἡκόντων, ἐνίων δ᾽ οὔτε δῆξιν ἐν ταῖς διαχωρήσεσιν ἐχόντων, οὔτε ὀσμὴν δυσώδη, πολλῶν δ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ τούτων καθεστηκότων. ὅσοις δὲ τῶν νοσούντων ἡ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἔκκρισις οὐκ ἐγένετο τοιαύτη, τὸ σῶμα πᾶν περιεξήνθησε μέλασιν ἐξανθήμασιν ὁμοίοις. ἐνίοτε δὲ καὶ οἷον λεπὶς ἀπέπιπτε, ξηραινομένων τε καὶ διαφορουμένων

cochleae, et carnes taurinae atque hircinae, et praesertim sale asservatae. Consimilis etiam materiae est vinum nigrum, crassum et austerum. Pari etiam ratione quicunque morbi fiunt ex calida siccaque intemperie, cujusmodi sunt febres ardentes, crassum et nigrum sanguinem efficiunt. Ejusmodi etiam sanguinem reddidit haec longa pestilentia, quae in longa aestate facta est, atque eorum, qui servati sunt, non paucis dejectio per ventrem inferiorem accidit eorum, quae nigra appellantur, in nono die magna ex parte, vel etiam in septimo, vel in undecimo, quorum ipsorum plures differentiae apparuerunt, quum nonnulla ad atrae bilis naturam proxime accederent, nonnulla neque in dejiciendo mordacia sentirentur, neque male olerent, plurima vero in horum medio viderentur constituta. Quibus vero aegrotis hujuscemodi ventris dejectio non accidit, iis corpus universum nigris pustulis commaculatum est, quae sane illis non dissimiles erant, quas Graeci *ἐξανθήματα* appellant. Nonnunquam etiam quaedam veluti squama illis exicca-

Ed. Chart. III. [169.] Ed. Bas. III. (359.)

αὐτῶν, κατὰ βραχὺ δὲ ἐπὶ πλείοσιν ἡμέραις μετὰ τὴν κρίσιν. ὅσοι δὲ διεχώρησαν ἀκριβῆ τὴν μέλαιναν, ἀπέθανον ἅπαντες· ἐνδείκνυται γὰρ ἡ τοιαύτη κατωπτῆσθαι τὸ αἷμα. φαίνεται δὲ καὶ ἄλλα χωρὶς τοῦ πυρέξαι πολλοῖς ἐξανθήματα γινόμενα κατὰ τὸ δέρμα, παχυνόμενόν τε καὶ ξηραινόμενον τὸ πλεονάζον τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ τῆς φύσεως ὠθούσης αὐτοῦ ἐκτός· ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ ὁ καλούμενος ἐλέφας. ὅταν δ' ἅμα πυρετῷ γένηταί τι τοιοῦτο, τὸν ὀνομαζόμενον ἄνθρακα γεννᾷ τὸ κατασκῆψαν εἰς τὸ δέρμα τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. χωρὶς δὲ πυρετοῦ κατασκῆπτον, ὅταν μὲν αἵματι μεμιγμένον ᾖ, τὸν ἐλέφαντα γεννᾷν πέφυκεν, ὅταν δὲ μόνον, ἐν ἀρχῇ μὲν ὄγκον ἐργάζεται μέλανα, τῷ χρόνῳ δ' εἰς τὸν καλούμενον καρκῖνον τελευτᾷ, ἐπειδὰν μὲν δριμύτερον καὶ κακοηθέστερον ᾖ, διαβιβρωσκομένου τοῦ δέρματος, ὅταν δ' ἐπιεικέστερον, ἕλκους χωρὶς ἐργάζεται τὸν ὀνομαζόμενον κρυπτὸν καρκῖνον. ἐναργῶς γὰρ ἅπαντα

tis atque discussis decidebat, sed paulatim ac multis diebus post crisim. Quicunque autem atram bilem exquisitam dejecerunt, omnes interierunt: indicat enim ea, jam sanguinem fuisse immodice assatum atque adustum. Quin et in multis alias hujuscemodi pustulas citra febrem est videre circa cutem crassiorem redditam atque exiccatam, natura nimirum ipsa, quicquid melancholici humoris supervacuum est, foras detrudente; ex quo genere is morbus consistit, qui elephas nuncupatur. Ubi autem una cum febre tale quippiam acciderit, tunc a melancholico humore in cutem decumbente gignitur is morbus, quem medici carbunculum appellarunt: si vero citra febrem ad eam decumbat, quum sanguini fuerit admixtus, elephantem gignere natura aptus est, quum vero solus existit, ab initio quidem nigrum tumorem progignit, qui tempore procedente ad appellatum cancrum terminatur: quum vero acrior atque contumacior extiterit hic humor, cute corrosa, ubi autem mitior fuerit, cancrum latentem nuncupatum citra ulcus efficiet: etenim

τὰ τοιαῦτα πάθη καὶ μάλισθ' ὁ καρκῖνος ὑπὸ μελαγχολικοῦ γίνεται χυμοῦ, σαφῶς φαινομένων τῶν εἰς τὸ πεπονθὸς μόριον ἡκουσῶν φλεβῶν παχὺν καὶ μέλανα περιεχουσῶν χυμόν. ἐκκαθαίρειν μὲν γὰρ τὸ αἷμα διὰ παντὸς ἡ φύσις πειρᾶται, διακρίνουσά τε τὸν μοχθηρὸν ἐξ αὐτοῦ κἀκ τῶν κυρίων μορίων ὠθοῦσα, ποτὲ μὲν εἰς τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. ἀλλ' ὅσα μὲν τῶν τοιούτων λεπτομερεστέρας οὐσίας ἐστὶ, διεξέρχεται τὸ δέρμα, τινὰ μὲν κατὰ τὴν ἄδηλον τῇ αἰσθήσει διαπνοὴν, ἔνια δ' αἰσθητικῶς, καθάπερ οἱ ἱδρῶτες, ὅσα δὲ παχύτερα, διεξελθεῖν μὲν οὐ δύναται τὴν πυκνότητα τοῦ δέρματος, ἐγκαταλαμβανόμενα δὲ, τὰ μὲν θερμὰ τοὺς ἄνθρακας ἐργάζεται, τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα τοὺς καρκίνους. ὅταν δ' ἐπιεικὴς κατὰ τὰς ποιότητας ὁ μέλας εἴη χυμὸς αἵματί τε συμμιγεὶς, τοὺς ὑπερύθρους ἐλέφαντας ἐργάζεται· χρονίζοντες δὲ καὶ οὗτοι γίνονται μελάντεροι. πολλάκις δ' ἡ φύσις ἀναστομώσασα φλέβα τῶν κατὰ τὴν ἕδραν ἀγγείων

evidenter omnes hujuscemodi affectus et praesertim cancer a melancholico humore ortum habent, nempe quum manifeste appareant venae ad locum affectum pervenientes, quae crassum atque nigrum humorem continent. Semper enim natura tentat sanguinem expurgare, quod in ipso pravum est secernens, et a partibus principalibus quandoque ad ventriculum atque intestina, quandoque etiam ad exteriorem superficiem repellens. Quare quaecunque hujuscemodi excrementa tenuioris substantiae existunt, cutem ipsam egrediuntur, nonnunquam sane per insensilem transpirationem, quandoque etiam sensibiliter, quemadmodum sudores: quaecunque autem sunt crassioris, cutis quidem densitatem permeare non valent, sed ibi intercepta, si nempe calida sint, carbunculos generant, si vero minus talia sunt, cancros. Quum vero humor niger qualitates obtineat mitiores, sanguini commistus subrubros elephantas progignit: processu autem temporis hi nigriores evadunt. Caeterum natura saepius vasorum, quae sunt in sede, venam aperiens hu-

ἐξέκρινε τὸν τοιοῦτον χυμὸν αἵματι μεμιγμένον, ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ τοὔνομα τῷ συμπτώματι τίθενται τὴν αἱμοῤῥοΐδα. καὶ χρὴ καταμανθάνειν ἀπ᾽ αὐτῆς, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἐκκρινόμενον αἷμα, πότερον οἷον ἔχουσιν οἵ τε γυμναστικοὶ καὶ οἱ ἀθληταὶ, καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἱ τελέως ὑγιεινοὶ καὶ εὔχυμοι, ἢ μελάντερόν τε καὶ παχύτερον τοῦδε. καὶ μέντοι καὶ ἡ φύσις ἀποτίθεται τὸ τοιοῦτο αἷμα πολλάκις εἰς τὰς κατὰ τὰ σκέλη φλέβας, ὑφ᾽ οὗ διατεινόμεναί τε καὶ διευρυνόμεναι κιρσώδεις ἀποτελοῦνται, καὶ μελαίνεταί γε τῷ χρόνῳ τὸ δέρμα τὸ κατὰ τὰς τοιαύτας φλέβας. ἐφ᾽ ὧν δ᾽ αἵματος πλῆθος μόνον εἰσῤῥέοι ἄνευ τοῦ μελαγχολικὸν ὑπάρχειν, [170] ἀσθενεστέρας οὔσας φύσει τὰς τῇδε φλέβας ἀνευρύνει κατασκῆπτον, οὐδενὸς τοιούτου συμβαίνοντος, ὡς ἐφ᾽ ὧν γε ἂν τὸ μελαγχολικὸν αἷμα τοὺς κιρσοὺς ἐργάσηται. κίνδυνος γὰρ ἐπὶ τούτων ἐστὶν, ἐὰν ἐκτέμνῃ τις τὰς πεπονθυίας φλέβας, ἁλῶναι μελαγχολίᾳ. καὶ τοῦτο πολλάκις ἑωρᾶτο γινόμενον, οὐ μόνον κατὰ τοὺς κιρσοὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς

jusmodi humorem excernit ſanguini admixtum, unde etiam nomen huic ſymptomati haemorrhoida impoſuere: ex qua ſane, qualiſnam ſanguis ſit, qui excernitur, opus eſt addiſcere: nunquid is ſit talis, qualem habent, qui ſupra modum exercentur et athletae et ex vulgaribus hominibus, qui integram retinent valetudinem et bonis ſcatent humoribus, an hoc ipſo nigrior et craſſior exiſtat. Atqui natura hujuſcemodi ſanguinem ſaepenumero ad eas quae ſunt in cruribus venas tranſmittit, a quo diſtentae ac dilatatae varicoſae redduntur, et cutis, quae hujuſcemodi venas attingit, tempore procedente nigreſcit. In quibus cutem copia tantum ſanguinis influit, qui melancholicus non ſit, incumbens quidem in venas, quae inibi natura imbecilliores ſunt, eas dilatat, nullo ſane tali contingente, quale accidit, ubi melancholicus ſanguis varices procreaverit: his namque periculum imminet, ſi quis venas affectas excidere aggrediatur, ne melancholia corripiantur. Hoc enim ſaepius fieri viſum eſt, non modo in varicibus, verum etiam in haemorrhoidibus, quae ex

Ed. Chart. III. [170.] Ed. Baf. III. (359. 360.)

ὑπὸ τοῦ τοιούτου χυμοῦ γινομένας αἱμοῤῥοΐδας. ἕλκος δέ τις ἔχων ἐν κνήμῃ χρόνου πολλοῦ τὴν ὑπερκειμένην φλέβα κιρσωδεστέραν οὖσαν ἐκτμηθεὶς, αὐτίκα μὲν ἐθεραπεύθη τὸ ἀρχαῖον ἕλκος, ὃ δὲ ἐκ τῆς τομῆς ἔσχεν ἐξαιρουμένης τῆς φλεβὸς, ἀνίατον ἔμεινεν. ὕστερον δέ ποτε μετ' ἐνιαυτὸν εἷς τῶν ἐν Περγάμῳ διδασκάλων ἡμῶν Στρατόνικος τοὔνομα, μαθητὴς Σαβίνου τοῦ Ἱπποκρατείου, φλέβα τεμὼν ἐν ἀγκῶνι ἀνθρώπου, καὶ θεασάμενος αἷμα παχὺ καὶ μέλαν ἐκκρινόμενον, ἐπαφεῖλε κατὰ τὴν ὑστεραίαν ὀλίγον, εἶτα κατὰ τὴν τρίτην τε καὶ τετάρτην ὁμοίως ὀλίγον, καθήρας τε μετὰ ταύτας τὰς τρεῖς φαρμάκῳ μέλανα χυμὸν ἐκκενοῦντι, καὶ τὴν δίαιταν αὐτῷ εὔχυμον παρασκευάσας, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τοῦ ἕλκους ἐτράπετο.

Κεφ. ε'. (360) Ὅτι μὲν οὖν ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις οἱ χυμοὶ περιέχονται πάντες, ἐνδείκνυται ἡ μὲν ποικιλία τῆς χρόας τε καὶ συστάσεως αὐτοῦ, δηλοῖ δὲ καὶ τὰ νῦν εἰρημένα, καὶ πρὸς τούτοις ὅσα κατὰ τὸ περὶ φύσιος

hujuſcemodi humore conſiſtunt. Quidam quum longo tempore ulcus in crure habuiſſet, vena, quae ſuperpoſita erat, varicoſiore excifa, ſtatim quidem ulcus antiquum curatum eſt: quod vero ex inciſione ſublatae venae contraxit, inſanabile permanſit: poſtremo autem, jam anno exacto, unus ex meis praeceptoribus Pergami, Stratonicus nomine, Sabini Hippocratici diſcipulus, homini in cubito venam ſecuit: et quum ſanguinem craſſum ac nigrum excerni vidiſſet, paulum etiam poſtridie detraxit, necnon tertio et quarto die ſimiliter modicum: atque ubi medicamento nigrum humorem educente hominem purgaſſet, atque ei victum boni ſucci praeſcripſiſſet, his nimirum tribus peractis ad ulceris curationem ſe convertit.

Cap. V. Quod igitur in venis et arteriis humores omnes una cum ſanguine continentur, oſtendit ipſius varietas tum in colore, tum in conſiſtentia: quinetiam et ex his, quae modo dicta ſunt, abunde patet, praeterea et

Ed. Chart. III. [170.] Ed. Baf. III. (360.)

ἀνθρώπου γέγραπται τῷ Ἱπποκράτει, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν στοιχείων διῆλθον, ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ καὶ νῦν εἰπεῖν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ῥήσεως αὐτοῦ τῆσδε. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωϋτῷ αἷμα καὶ τὸ φλέγμα καὶ χολὴν διττὴν, ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτά ἐστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτ' ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστ' ἂν μεμιγμένα ᾖ. ἀλγέει δ', ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλέον ἤδη χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μεμιγμένον ᾖ τοῖσιν πᾶσιν. ἀνάγκη γὰρ, ὅταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑωϋτοῦ στῇ, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον, ἔνθεν ἐξέστη, ἐπίνοσον γίγνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἂν στῇ καὶ ἐπισχεθῇ ὑπερπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχει. καὶ γὰρ ὅταν τι τουτέων ἔξω τοῦ

ex his, quae in libro de natura humana ab Hippocrate fcripta funt, de quibus latius fane in libris de Elementis ex illius fententia pertractavimus. At nunc etiam neceffe eft ex his aliquid in medium afferre: inde autem exordiemur, ubi haec habet. *Atqui corpus hominis in fe ipfo fanguinem habet, et pituitam, et duplicem bilem, flavam fcilicet et atram, atque haec ipfi eft corporis natura, et ob haec dolet et bene valet. Igitur tum praefertim bene valet, quum haec invicem moderate fuerint temperata quoad eorum tum facultatem, tum multitudinem, et potiffimum fi fuerint commixta: dolet autem, quum horum aliquod vel jufto minus vel plus evaferit, aut fuerit in corpore fegregatum, neque aliis omnibus commixtum fit. Neceffe eft enim, ubi horum quodvis fuerit fecretum, et per fe ipfum fteterit, non locum tantum, a quo exceffit, morbo obnoxium reddi, verum etiam et eum, in quo conftiterit ac fuerit detentum, eo quod fupra modum repleatur, nihilominus affici, atque utrobique dolorem ac laborem faceffere. Etenim quum horum aliquod extra corpus fupra quam redundet*

Ed. Chart. III. [170. 171.] Ed. Bas. III. (360.)

σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις· ἣν τ' αὖ πάλιν εἴσω ποιήσηται τὴν κένωσιν καὶ τὴν μετάστασιν καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτὸ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν. οὐκοῦν, ὅτι μὲν ὑγιαίνει τὸ ζῶον, ὅταν ἔχῃ ταῦτα συμμέτρως τῆς πρὸς ἄλληλα κράσεως, νοσεῖ δὲ, ὅταν ἤτοι καθ' ὅλον τὸ σῶμα, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἅπασι τοῖς ἀγγείοις, πλεονεξία τις ἐξ αὐτῶν ᾖ, ἢ καθ' ἕν τι γένηται μόριον, ὁ τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ὡμιληκὼς ἀληθεύειν φήσει τὸν Ἱπποκράτην. τὰ μὲν γὰρ ἐν ἑνὶ μέρει νοσήματα διὰ τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν γινόμενα ὀλίγον ἔμπροσθεν διελθὼν ἐδήλωσα, ὅτι καὶ διὰ κιρσῶν ἄρσιν ἢ αἱμοῤῥοΐδος ἐμελαγχόλησαν ἕτεροι. [171] καὶ κατὰ τὰ μὴ φαινόμενα δὲ μόρια κατὰ τὸ βάθος τοῦ σώματος εὔλογον ὅμοια πάθη γίνεσθαι τοῖς κατὰ τὸ δέρμα συνισταμένοις. οὐ γὰρ δήπου χολῆς μὲν ξανθῆς εἰς ἕν τι μόριον κατασκηψάσης ἐρυσίπελας γενήσεται, μελαίνης δὲ, ἄνθραξ τε καὶ καρκῖνος, οὐ δήπου δὲ τὰ κατὰ βάθος

effluxerit, ea nimirum vacuatio dolorem affert. Quod si rursum intus fiat evacuatio et transmutatio atque ab aliis secretio, duplici dolore tunc corpus affici est necesse, quemadmodum dictum est, tum unde erupit, tum ubi exuperavit. Igitur tunc animal sanum esse, quum haec temperamenti mediocritatem obtinuerint, aegrotare autem, ubi vel in toto corpore, hoc est, in omnibus vasis, alicujus eorum redundantia fuerit, vel in parte quapiam una fiat, nemo, qui in artis operibus sit versatus, Hippocratem vera dixisse non fatebitur. Quum enim morbos, qui in una parte a melancholico humore fiunt, paulo ante enumerarem, id etiam declaravi, quod alii ex varicum vel haemorrhoidis ablatione melancholia correpti sunt: proinde et in partibus, quae in corporis profundo latent, rationi consentaneum est similes affectus progigni his, qui in cute consistunt: atque ea nimirum ratione, si flava bilis in unam quampiam partem decubuerit, erysipelas generabitur, si vero atra, carbunculus

τοῦ σώματος ἀδάμαντος ἔχει κατασκευὴν, ἀλλὰ κἀκεῖνά γε τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται πάθεσιν. ἐφ᾽ ὧν γοῦν οἷόν τέ ἐστι βεβαίως διαγνῶναι τὴν ἐργασαμένην αἰτίαν, ἐναργῶς ἐπὶ τούτων φαίνεται καὶ ξανθὴ καὶ μέλαινα χολὴ διαβιβρώσκουσαι τῶν ἐντέρων ἄλλοτ᾽ ἄλλο, καθ᾽ ὅ τί περ ἂν μάλιστα στηριχθῶσι, καί ποτε τελέως ἀνίατον ἐργαζόμεναι τὴν δυσεντερίαν. καὶ διὰ τοῦθ᾽ Ἱπποκράτης ἐν Ἀφορισμοῖς ἔγραψε· Δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον. ἐγὼ δὲ πρόσθεν εἶπον, ἀνίατα πάντ᾽ εἶναι τὰ διὰ μέλαιναν χολὴν ἑλκωθέντα, πλὴν εἴ τις ἴασιν ἐθέλει καλεῖν, ὅταν ἐκκόψῃ τὸ πεπονθὸς μόριον ὅλον ἐν κύκλῳ περιταμὼν ἄχρι τῶν ἀπαθῶν. ὥσπερ οὖν ἔντερον ἀβοηθήτως μὲν ὑπὸ μελαίνης χολῆς ἑλκοῦται, δυσβοηθήτως δὲ ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς, δῆλον ὅτι καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἕκαστον, ὅσα κατακέκρυπται μὲν ἐν τῷ βάθει, κυριώτερα δὲ μακρῷ τῶν ἐντέρων ἐστὶ, πρὸς τῷ καὶ τὴν θεραπείαν ἐπὶ μὲν τῶν ἐντέρων εὐκολωτέραν εἶναι, τῶν ἐνιεμένων διὰ τῆς ἕδρας

et cancer: nempe quum, quae in corporis profundo ſunt partes, nequaquam adamantinam conſtitutionem obtineant, ſed et ipſae iiſdem affectibus ſint ſubjectae. In quibus igitur fieri poteſt ut firmiter efficientem cauſam agnoſcamus, manifeſte in his tum flava bilis tum atra conſpiciuntur, quae inteſtinorum alias aliud erodunt (nempe id, cui potiſſimum inhaeſerint) atque nonnunquam prorſus inſanabilem dyſenteriam efficiunt: quamobrem in Aphoriſmis ſcripſit Hippocrates: *Dyſenteria, ſi ab atra bile ortum habeat, letale.* Ego autem antea dixi, omnes ex atra bile exulcerationes inſanabiles eſſe, niſi quis curationem id appellare voluerit, ſi affecta particula tota circumquaque ad partem ſinceram uſque diſſecta abſcindatur. Igitur quemadmodum inteſtina citra ullius auxilii ſpem ulcerantur ab atra bile, a flava autem difficulter curationem admittunt: ſic et conſtat unicuique aliarum partium evenire, quaecunque in profundo ſunt ſitae et adhuc inteſtinis longe nobiliores exiſtunt. Adde quod adhuc inteſtinorum curatio facilior eſt eo, quod medica-

φαρμάκων αὐτοῖς τοῖς πεπονθόσι προσπιπτόντων εὐθέως, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων μορίων οὐδὲ τούτου γενέσθαι ῥᾳδίως δυναμένου. οὔκουν τὸ τυχὸν οὐδὲ μικρὸν τῆς τέχνης μέρος ἀθεώρητον εἴασαν οἱ μηδὲν ἐπισκεψάμενοι περὶ μελαίνης χολῆς, ἔτι δὲ μᾶλλον οἱ μηδὲ περὶ τῆς ξανθῆς. ὅσοι δὲ μὴ περὶ τούτων ἐπεσκέψαντο μηδὲ περὶ φλέγματος, οὐδ' ἀριθμῆσαι δυνατὸν, ὁπόσα παρέλιπον τῆς τέχνης ἀναγκαιότατα θεωρήματα. περὶ μὲν οὖν τῆς μελαίνης χολῆς οὐδὲν ὅλως ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψε, περὶ δὲ τῆς ξανθῆς ὀλίγα τε ἅμα καὶ οὐδὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἀληθῆ. λέγει μὲν γὰρ οὕτω περὶ αὐτῆς· Ἡ δὲ χολώδης ὑγρασία ὅτι μὲν ἀναγκαία ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι, πολλὰ τῶν ἐπιγινομένων παθῶν μάρτυρες· οἱ ἴκτεροι γὰρ καὶ αἱ περὶ τὸ ἧπαρ γινόμεναι φλεγμοναὶ καὶ ἄλλα πλείω. πότερον δὲ ἐν τῇ περὶ τὴν κοιλίαν κατεργασίᾳ τῆς τροφῆς γεννᾶται ἡ τοιαύτη ἢ μεμιγμένη ἐν τοῖς προσφερομένοις ἔξωθεν παραγίνεται, οὐδὲν χρήσιμον πρὸς ἰατρικὴν ἐπεσκέφθαι. ταῦτα μὲν ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν καθόλου λόγων περὶ τῆς ξανθῆς χολῆς.

menta, quae per ſedem injiciuntur, ſtatim locis affectis occurrunt: quod ſane in aliis particulis nequaquam facile fieri poteſt. Non igitur contemnendam aut parvam artis partem indiſcuſſam reliquerunt, qui nihil de atra bile conſideraverunt, adhuc vero magis, qui neque de flava aliquid dixerunt; qui autem neque de utriſque, neque de pituita ſunt meditati, non omnino enumerare queas, quot neceſſaria artis praecepta omiſerint. Porro Eraſiſtratus de atra bile nihil omnino ſcriptum reliquit, de flava autem et pauca quidem, ſed quae non omnia vera ſint: ſic enim de ea ſcripſit. *Bilioſa autem humiditas quod quidem neceſſario excernenda ſit, plures qui ſuperveniunt affectus teſtantur, nempe morbus regius et inflammationes, quae circa jecur oriuntur, aliique complures. Id autem conſiderare, utrum haec generetur in ea quae in ventriculo fit alimenti confectione, vel mixta cum his, quae aſſumuntur, exterius adveniat, nihil medicam artem juvare poteſt.* Haec quidem de flava bile tradidit Eraſiſtratus in primo univerſalium ſermonum

οἱ ἀντιλέγοντες δ' αὐτῷ φασὶν, ὡς, εἴπερ αὐτὸς ὁμολογεῖ, βλάβην ἐργάζεσθαι τὴν ξανθὴν χολὴν πλεονάσασαν, ἄμεινον μὲν ἦν αὐτὴν μηδ' ὅλως γεννᾶσθαι, τοῦτο δ' εἴπερ ἀδύνατον, ἀλλ' ὡς ὀλιγίστην. καὶ μὴν οὔτε γεννᾶσθαι δυνατόν ἐστι κωλύειν ὁντιναοῦν, οὔτε, εἴπερ τοῦτό γε δυνατὸν, ἀλλὰ προνοεῖσθαί γε τοῦ βραχυτάτην αὐτὴν γεννᾶσθαι χωρὶς τοῦ τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως ἐπίστασθαι τοῦ πράγματος δυνατόν. ἡ μὲν οὖν οὐσία τοῦ χυμοῦ τούτου κατά γε τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ περιέχεται. πάντως δὲ δήπου διαφορᾶς οὔσης ἐν αὐτοῖς, τὰ μὲν πλέον αὐτῆς, τὰ δ' ἔλαττον ἔχει, τὰ δὲ ἴσως οὐδέν. εἰ δ' ἐν τῷ σώματι γεννᾶται, κατὰ τίνα τε μάλιστα μόρια γίνεται τοῦτο, καὶ τίνος αἰτίας ἐργαζομένης αὐτὴν, ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι τοὺς ἰατρούς. ἔζευκται δ' ὁ λόγος οὗτος τῷ κοινῷ λόγῳ περὶ γενέσεως χυμῶν, ὑπὲρ ὧν οὐδ' ὅλως Ἐρασίστρατος ἔγραψεν. ὥσθ', ὅσον ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, [172] μήτε τῶν ἐδεσμάτων ἡμᾶς ἐπίστασθαι τίνα μὲν εὔχυμά ἐστι, τίνα δὲ κακόχυμα, μήτε τῶν ἐπιτηδευ-

Qui vero illi contradicunt, ajunt, quod, ficuti ipfe fatetur, flavam bilem in corpore redundantem officere, fatius fane effet, fi nequaquam ipfa generaretur, hoc vero quum fieri non poffit, faltem quam minimam gigni. Atqui nec, quominus generetur, omnino prohiberi poteft, nec ullo pacto (fiquidem id fieri poffit) caufa generationis ipfius nequaquam cognita, ut quam minimum illius gignatur, quis poterit providere. Igitur fubftantia hujufcemodi humoris in cibis et potibus continetur: quae tamen prorfus inter fe differunt, alia enim plurimum illius obtinent, alia minimum, et alia forte nihil. Si autem in corpore generatur, tum in quibus potiffimum partibus, tum etiam cujus efficientis caufae vi ea gignatur, medicis neceffarium eft cognofcere. Verum hic fermo communi fermoni de humorum generatione conjunctus eft, de quibus ne meminit quidem Erafiftratus. Quare quod ad ipfum pertinet, nec licebit cognofcere, quae cibaria, nec quae vitae ftudia, atque adhuc magis

μάτων, ἔτι δὲ μᾶλλον μηδ᾽ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων. καίτοι γ᾽ ἐνίους ὁρῶμεν, ὅπως ἂν διαιτῶνται, πολὺν ἀθροίζοντας ἤτοι τὸν πικρόχολον, ἢ τὸν μελαγχολικὸν, ἢ τὸν τοῦ φλέγματος χυμόν. ὅτι γὰρ καὶ αὐτὸς αἴτιος γίνεται νοσημάτων οὐ σμικρῶν, ἐν ἑτέρῳ δέδεικται λόγῳ. ὡμολόγησε δὲ καὶ ὁ Ἐρασίστρατος αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ χυμοῦ τοιούτου γίνεσθαί τινα πάθη, καίτοι παντὶ τρόπῳ φυλαττόμενος αἰτιᾶσθαι τοὺς μοχθηροὺς χυμούς. ἀλλὰ τούς γε γλίσχρους καὶ παχεῖς αὐτὸς ἀπεφήνατο παραλύσεως αἰτίους γενέσθαι, γράψας οὕτως· Τὸ μὲν οὖν πάθος συμβαίνει, παρεμπτώσεως ὑγρῶν γινομένης εἰς τὰ τοῦ πνεύμονος ἀγγεῖα τὰ] ἐν τοῖς νεύροις, δι᾽ ὧν αἱ κατὰ προαίρεσιν κινήσεις συντελοῦνται. καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Ἡ δὲ παρέμπτωσις, φησὶ, γίνεται τῆς τροφῆς, ἀφ᾽ ἧς τὰ νεῦρα τρέφεται· αὕτη δὲ γλίσχρος καὶ ὀλιμος καὶ δυσέκκριτος. ὅτι δὲ καὶ ἀποπληξίας καὶ ληθάργου καὶ ἐπιληψίας ἑτέρων τε πολλῶν ὁ τοιοῦτος χυμὸς ἀθροιζόμενος αἴτιός ἐστιν, οὐκ ἔτ᾽ εἶπεν.

nec quae ipsorum hominum natura bonis vel pravis humoribus gignendis magis sint idonea: etsi multos videamus, qui, quacunque victus ratione utantur, quamplurimum congerunt humoris vel biliosi, vel melancholici, vel pituitosi. Etenim quod is quoque humor non levium morborum causa evadat, alibi a nobis est demonstratum, quoniam et Erasistratus ipse confessus est, ab hujuscemodi humore quosdam affectus procreari. Quamvis enim utcunque caveat pravis humoribus caussam ascribere, tamen lentos et crassos ipse nervorum resolutionis causas esse pronuntiavit, ita scribens: *Itaque affectus accidit per humorum intercidentiam in spiritus vasa, quae in nervis sunt, quibus voluntarii motus perficiuntur.* Et paulo post, *Intercidentia autem*, inquit, *fit alimenti, a quo nervi nutriuntur: ipsum autem lentum est et tractile, ac difficile potest excerni.* Quod vero hujuscemodi humor apoplexiae et lethargi et morbi comitialis, nec non aliorum quamplurimorum affectuum causa existat, adhuc non dixit.

Κεφ. ς'. Ἀλλ' οὐ πρόκειταί μοι νῦν τὴν τῶν ἄλλων χυμῶν δύναμιν ἐξηγήσασθαι, περὶ μελαίνης χολῆς προθεμένῳ γράφειν, ἣν Ἱπποκράτης φησὶν ἀναγκαίαν μὲν ἔχειν τὴν γένεσιν, ὅπως δὲ μὴ γένηται πλείων, ἐδίδαξεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἀρξάμενος. ἔν τε γὰρ τοῖς ζώοις, ὅσα θερμότερα καὶ ξηρότερα ταῖς κράσεσίν ἐστιν, ἐν τούτοις φαίνεται γεννᾶσθαι πλέον, ἔν τε ταῖς θερμοτέραις ἅμα καὶ ξηροτέραις ὥραις τε καὶ χώραις καὶ καταστάσεσιν, ἐπιτηδεύμασί τε τοῖς μετὰ κόπων, καὶ φροντίδων, καὶ (361) ἀγρυπνιῶν, ἐδεσμάτων τε τῶν παχυμερῶν καὶ ξηροτάτων. ἀλλὰ καὶ τὸ χρῶμα τοῦ σώματος παντὸς μελάντερόν ἐστι τοῖς τὴν τοιαύτην πεφυκόσιν ἀθροίζειν χολὴν, ἔν τε τοῖς καυσώδεσι νοσήμασιν, ὅσα χωρὶς ὑγρότητος ἔχει τὴν γένεσιν, ἐφ' ὧν καὶ εἰ αἱμοῤῥαγήσει ποτὲ, ἢ στάξει, μέλαν ῥεῖ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα φαινόμενα τὰς αἰτίας, ὑφ' ὧν ὁ μελαγχολικὸς γεννᾶται χυμὸς, ἐνδείκνυται. περὶ δὲ τῆς καθάρσεως αὐτῶν ταυτὶ τὰ φαινόμενα τὴν ὁδὸν τῆς εὑρέσεως ὑπαγορεύει. κακοπραγῶν ἐν χρόνῳ

Cap. VI. Caeterum in praeſentia aliorum humorum facultatem explicare nequaquam inſtituimus, nempe quum de atra bile propoſuerimus pertractare: quam ſane neceſſariam generationem habere, Hippocrates aſſeruit. Quo pacto autem non generetur copioſior, edocuit ab ipſis evidentibus auſpicatus. Nam et in animantibus, quaecunque temperamento ſunt calidiore et ſicciore, apparet in ipſis quamplurimum gigni, nec non in calidioribus et ſiccioribus anni temporibus, regionibus, et conſtitutionibus, et vitae ſtudiis, quae in laboribus, et curis, et vigiliis, nec non in cibariis craſſis atque immodice ſiccis aguntur. Verum et totius corporis color nigrior eſt in his, qui hujuſcemodi bilem congerere natura ſunt apti. Adhuc et in morbis ardentibus, quicunque citra humiditatem generationem habent: in quibus ſi quando ſanguis erumpit aut deſtillat, ater fluit. Haec igitur, quae evidentia ſunt, cauſas indicant, a quibus melancholicus humor generatur. De ipſius autem purgatione haec etiam evidentia inventionis viam oſten-

πλείονι σπλὴν, εἴτε διὰ φλεγμονὴν, εἴτε διὰ σκίῤῥον, εἴτε δι' ἀτονίαν, ἀχροίας ἐργάζεται κατὰ πᾶν τὸ σῶμα, πρὸς τὸ μελάντερον ἐκτρεπόμενον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀεὶ μελάντερός ἐστι τοῦ ἥπατος, καὶ μάλιστα τῶν τῆς θερμῆς καὶ ξηρᾶς κράσεως ζώων, ὁποῖα τὰ καρχαρόδοντα πάντα ἐστὶν, ὥσπερ γε πάλιν, ὁπόσα κράσεως ψυχροτέρας καὶ ὑγροτέρας ἢ κατ' ἐκεῖνα τετύχηκεν ὄντα, καθάπερ οἱ ὗες, οὐ πάνυ μέλας ὁ σπλὴν αὐτοῖς ἐστι. τοῖς δὲ βουσὶ, καὶ κατὰ φύσιν μὲν ἔχουσι, μελάντερος ὁ σπλήν ἐστιν, γηράσασι δὲ πολλαπλασίῳ δή τινι μελάντερος γίνεται. ἀλλὰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦ σπλάγχνου τούτου, καίτοι γε ἑψομένου, φαίνεται στρυφνὸν ἔχουσά τι καὶ οὐδαμῶς ὅμοιον ἥπατι. διὰ τούτων μὲν οὖν ὑπαχθέντες οἱ ἄριστοι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων [173] ἀπεφήναντο, καθαίρεσθαι τὸ ἧπαρ ὑπὸ τοῦ σπληνὸς, ἕλκοντος εἰς ἑαυτὸν ὅσον ἰλυῶδες ἐν αἵματι. τοιοῦτο δὲ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἔφην, ὁποῖον ἐν οἴνῳ μὲν ἡ τρὺξ, ἐν ἐλαίῳ δ' ἡ ἀμόργη. τοῖς δὲ νεωτέροις αἱρέσεις προστήσασθαι προελομένοις, ὥσπερ ἄλλα λέλεκται

dunt. Lien diu male affectus, feu ex inflammatione, feu ex fcirrho, feu ex imbecillitate, ad nigrius converfus colorem vitiatum in toto corpore efficit. Quin et ipfe femper jecore nigrior exiftit, et praefertim in animalibus temperamento calidioribus et ficcioribus, qualia funt ferratos dentes habentia, quemadmodum contra ea, quae temperamentum quam illa fortita funt frigidius ac humidius, veluti fues, liene funt non admodum nigro. At bobus, fi etiam fecundum naturam fe habeant, lien nigrior eft; ubi autem confenuerint, longe etiam nigrior evadit. Caeterum vifcus hoc, licet elixum, quippiam acerbum guftui refert, ut jecori nequaquam fimile appareat. His igitur perfuafi praeftantiffimi veterum tum medicorum tum philofophorum a liene jecur expurgari pronunciaverunt, nempe quum attrahat, quicquid in fanguine faeculentum eft: id autem tale quid exiftit, ut dictum eft, quale eft faex in vino, atque in oleo amurca. Verum juniores, qui sectas conftituere affectant, ficuti et

πολλὰ ψευδῶς, οὕτω καὶ τὸ μηδὲν δεῖσθαι τὸν ἰατρὸν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα τῆς περὶ τοὺς χυμοὺς θεωρίας, καὶ πρό γε πάντων ἔτι, τὰ καθαίροντα φάρμακα μάτην ὠνομάσθαι καθαίροντα· κενωτικὰ γάρ ἐστιν ὁμοτίμως ἁπάντων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν, οὐ μόνον τῶν δοκούντων βλάπτειν. Ἱπποκράτης δὲ, ὡς ὁμολογουμένῳ τῷ καθαίρειν αὐτὰ χρησάμενος, ἀποδείκνυσι ἐν ἅπαντι τῷ τῆς ζωῆς χρόνῳ περιέχεσθαι κατὰ τὸ σῶμα τἀνθρώπου τοὺς τέτταρας χυμούς· μήθ' ἡλικίαν εἶναί τινα, μήθ' ὥραν τοῦ ἔτους, μήτε σώματος φύσιν, ἐν ᾗ μὴ πάντες εἰσίν. ἐκ γὰρ τοῦ τὰ μὲν τῆς ξανθῆς χολῆς ἑλκτικὰ φάρμακα τοὺς ἰκτερικοὺς ὀνινάναι, τὰ δ' ὑδραγωγὰ καλούμενα τοὺς ἀσκίτας ὑδέρους ἐκκενοῦν, κωλύειν δ' αὐξάνεσθαι τοὺς ἐλέφαντάς τε καὶ καρκίνους τὰ τῶν μελάνων ἑλκτικὰ, δῆλον εἶναι τοῖς παλαιοῖς ἐφαίνετο, τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν ἕκαστον τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἕλκειν. εἰ δ' ἀληθὲς ἦν, ἅπαντας ἕλκεσθαι τοὺς ἐν τοῖς ἀγγείοις περιεχομένους

alia plurima falſo tradiderunt, ita et hoc, nihil ſcilicet medicum ad artis opera humorum ſpeculatione indigere; prae omnibus autem et id, nempe medicamenta purgantia fruſtra purgantia nominari. Etenim ajunt, ea omnes humores, qui in corpore continentur, aeque evacuare, non tantum eos, qui videntur noxam inferre. Hippocrates autem, ea purgare tanquam confeſſum quodpiam aſſumens, demonſtrat univerſo vitae tempore in corpore humano quatuor humores contineri, neque aetatem eſſe aliquam, neque anni tempus, neque corporis naturam, in qua non omnes conſiſtant. Ex hoc autem, quod medicamenta flavam bilem attrahentia eis, qui morbo regio laborant, auxiliantur, quae vero ὑδραγωγὰ, hoc eſt aquam educentia, appellantur, hydropes ab utrium ſimilitudine ἀσκίτας nuncupatos evacuant, atque adhuc ea, quae extrahunt nigra, elephantes et cancros prohibent augeri, hinc veteribus ſatis conſtare viſum eſt, unumquodque purgantium medicamentorum familiarem ſibi humorem attrahere. At ſi verum eſſet, omnes humores, qui in vaſis continentur, alteratos qui-

χυμοὺς, ἀλλοιουμένους ὑπὸ τοῦ φαρμάκου κατὰ τὴν ἐκείνου δύναμιν, ὅμοιον ἂν ἦν τὸ καθαρθῆναι διά τινος τῶν τοιούτων φαρμάκων τῷ φλεβοτομηθῆναι. τί ποτ᾽ οὖν τὸ ὑδραγωγὸν φάρμακον ἐπὶ τῶν ὑδέρων δίδομεν, ἐνὸν τοῦ αἵματος ἐκκενῶσαι, τέμνοντας φλέβα; διὰ τί δὲ πλεῖστον ἐπὶ τούτων ἐκκενοῦται τὸ ὑδατῶδες, ἐλάχιστον δὲ ὁ πικρόχολος χυμὸς, ἔμπαλιν δ᾽ ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων ὁ πικρόχολος χυμὸς πλεῖστος, ἐλάχιστος δ᾽ ὁ ὑδατώδης; διὰ τί δὲ ὠφελοῦνται μὲν ὑπὸ τῶν ὑδραγωγῶν φαρμάκων, ὅταν συμμέτρως κενωθῶσιν, οὐδεὶς δὲ τῶν ὁμοτίμως εἶναι πεπεισμένων τὰς διὰ τῶν καθαρτικῶν κενώσεις ταῖς φλεβοτομίαις ἐτόλμησεν ἀφελεῖν αὐτοῖς τοῦ αἵματος; ἀλλ᾽ ἔνιοι μὲν καὶ διὰ τῶν ὑδραγωγῶν φαρμάκων τὰς κενώσεις ποιοῦνται, πάντες δὲ τοῖς οὐρητικοῖς χρῶνται. καίτοι κἀπὶ τούτων ἐχρῆν τοὺς φάσκοντας, ὑπὸ τῶν νεφρῶν ἀλλοιούμενον τὸ αἷμα τὴν τῶν οὔρων γένεσιν ἐργάζεσθαι, φλεβοτομεῖν τοὺς ὑδερικοὺς μᾶλλον,

dem a medicamento pro illius facultate aeque evacuari, fimile utique fuerit auxilium ab aliquo horum medicamentorum purgari et fecta vena fanguine exinaniri. Cur igitur medicamentum aquam educens hydericis exhibemus, quum liceat vena fecta fanguinem evacuare? cur autem in his plurimum aquofi humoris evacuatur, minimum autem biliofi, contra vero in his, qui regio morbo laborant, biliofi plurimum, minimum autem aquofi educitur? cur, inquam, juvantur hydropes, qui afcitae dicuntur, a medicamentis, quae aquam educunt, ubi moderate fuerint purgati, quum tamen nemo ex his, qui evacuationes per medicamenta purgantia factas et eas, quae fiunt per venae fectionem, aequas vires obtinere autumant, his unquam mittere fanguinem aufus fit? quin etiam multi per ea medicamenta, quae aquam fubducunt, evacuationes obeunt, omnes autem urinam cientibus utuntur: etfi in illis etiam opus erat, afferentes ex fanguine, qui a renibus alteretur, urinae generationem fieri, potius hydericis venam fecare, quam medicamentis

Ed. Chart. III. [173. 174.] Ed. Baſ. III. (361.)
ἢ διὰ τῶν οὐρητικῶν φαρμάκων θεραπεύειν. ἄμεινον γὰρ ἅπαξ τὸ περιττὸν ἀποχεῖν τοῦ πολλάκις, ἐν πολλαῖς ἡμέραις, κατὰ βραχὺ πράττειν αὐτό. γέγραπται δὲ οὖν μοι καὶ πρὸς ταύτην τὴν δόξαν ἰδίᾳ καθ' ἓν ὑπόμνημα, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον Πρὸς τὴν καινὴν δόξαν περὶ τῆς τῶν οὔρων διακρίσεως. εἶτ' οὐχὶ καλῶς οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσι τοῖς ἀλόγῳ τριβῇ μᾶλλον ἢ λογικῇ διαστροφῇ τὴν τέχνην μεταχειριζομένοις; ὅπερ γὰρ εἰώθασι λέγειν ἔνιοι αὐτῶν, ἀληθέστατόν ἐστιν, ὡς πολλῷ βέλτιον αὐτοὶ γινώσκουσι τά τε τῶν ὑγιαινόντων καὶ τὰ τῶν νοσούντων διαιτήματα τῶν σοφιστικῶς ληρούντων· οἵγε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔτι καὶ κατατρίβουσιν ἡμῶν τὸν βίον, ἀναγινωσκόντων μὲν πρῶτον, ἃ γεγράφασιν οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἡγεμόνες, εἶτ' ἀκουόντων, ἃ συναγορεύοντες αὐτοῖς λέγουσιν, εἶτα ἀναγκαζομένων λύειν αὐτῶν τὰ σοφίσματα.

Κεφ. ζ'. [174] Ἱπποκράτης μὲν οὖν φαίνεται καλός τε καὶ ἀγαθός τις ἀνὴρ γεγονέναι, μὴ φιλοτιμίας ἢ φιλο-

urinam cientibus eos curare. Melius ſiquidem fuerit ſemel quicquid ſuperfluum eſt auferre, quam idem ſaepius et multorum dierum intervallo ac paulatim efficere. Caeterum ſcriptum jam a nobis eſt contra hanc opinionem uno ſeorſim commentario, cui titulus eſt In vanam opinionem de urinarum ſecretione. Proinde haud perperam quamplurimi homines ſeipſos iis committunt, qui irrationali exercitatione, magis quam illis, qui rationali quadam perverſione artem tractant. Id enim, quod eorum quidam dicere conſueverunt, veriſſimum eſt, longe melius ipſos tum ſanorum tum aegrotantium victus rationes cognoſcere iis, qui ſophiſtice nugantur. Qui ſane praeter cetera et vitam noſtram conſumunt, dum ea primum legimus, quae eorum ſectae principes ſcripſerunt, deinde audimus, quaecunque afferunt illorum ſectatores, ac demum illorum etiam ſophiſmata cogimur diſſolvere.

Cap. VII. Hippocrates igitur vir quidam honeſtus ac probus fuiſſe videtur, neque ambitionis aut gloriae,

πρός τι χωρίον ὁμαλὸν ἢ κοῖλον. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα δυνάμεώς ἐστιν ἔνδειξις ἑτέρας παρὰ τὸν λογισμὸν, ἀλόγου τὴν φύσιν, οἷα πέρ ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι τὸ βάρος. [138] ὅτι δ᾽ οὐ δύνανται διὰ τοῦτο στῆναι βουληθέντες, οὐ μόνον ἐκ τῆς τῶν αναντῶν τε καὶ καταντῶν χωρίων διαφορᾶς ἔνεστι μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμαλέσι διαφόρου κινήσεως. ὁ μὲν γὰρ εἰς τοὐπίσω τὴν ῥοπὴν τοῦ σώματος ποιησάμενος ἐν τῷ τρέχειν αὐτοκράτωρ ἐστὶ τοῦ στῆναι, ὁ δ᾽ εἰς τὸ ἔμπροσθεν ὑπ᾽ ἐκείνης κωλύεται. καὶ δι᾽ αὐτό γε τοῦτο οὕτω θέουσιν ἅπαντες, ὑπ᾽ αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς φύσεως διδασκόμενοι συντελεῖν τὴν εἰς τὸ πρόσω ῥοπὴν τῷ τάχει τῆς κινήσεως. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ παραδείγματος, ὦ γενναιότατε Χρύσιππε, τοῖς μὲν μηδὲν ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα βάρους εἰς τάχος κινήσεως ὠφελουμένοις ἕτοιμον τὸ στῆναι, τοῖς δ᾽ ἐκ διττῆς αἰτίας τὸ τάχος γεννῶσιν οὐκ ἔθ᾽ ἡ βούλησις ἱκανὴ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ὁρμῶν, ὅταν μὲν ὁ λογισμὸς μόνος ἔχῃ τὴν αἰτίαν, ἐπ᾽ αὐτῷ παῦσαι τὴν ὁρμήν·

quam ad locum aliquem planum aut cavum pervenerint. Quapropter etiam in hoc exemplo facultas altera praeter ratiocinationem oftenditur, natura irrationabilis, cujufmodi eft in animalium corporibus gravitas. Quod autem ejus caufa, quum velint, non poffunt confiftere, non folum ex acclivium decliviumque locorum differentia licet condifcere, fed etiam ex differenti in ipfis planis regionibus motu. Etenim qui retrorfum corporis inclinationem inter currendum molitur, fiftendi potens eft et fui juris, qui vero in anteriorem partem, ab illa impeditur; et hac ipfa de caufa hoc pacto omnes currunt ab ipfa rei natura edocti, corporis inclinationem in anteriora celeritati motus conferre. Quemadmodum igitur exempli gratia, praeclare Chryfippe, iis, qui nihil a corporis pondere ad motus celeritatem juvantur, in promptu eft, ut fiftant, illis vero, qui ex duplici caufa celeritatem generant, non amplius voluntas fatis eft, eodem modo in animi impetu, quum ratiocinatio fola caufam habuerit, promptum eft

ὅταν δ᾽ ἤτοι θυμὸς ἢ ἐπιθυμία τις αὐτῷ προσέλθῃ, δυνάμεις ἄλογοί τε καὶ παραπλήσιαι τῷ κατὰ τὸ σῶμα βάρει, παραχρῆμα μὲν οὐχ οἷόν τε στῆναι, χρόνῳ δ᾽ ἂν ἴσως γένοιτο καὶ τοῦτο, καθάπερ ἐπὶ τῶν θεόντων. τὸ δ᾽ ἴσως τῷ λόγῳ προσέθηκα διὰ τὴν τῶν κατὰ μέρος αἰτίων, ὅσα τε κινεῖ τὴν ὁρμὴν, ἄνισον δύναμιν. ἐπειδὴ γὰρ καὶ λογισμὸς αὐτὴν κινεῖ, καὶ ἐπιθυμία, καὶ θυμὸς, ἡ μὲν ὑφ᾽ ἑνὸς αὐτῶν συστᾶσα, τῶν ἄλλων ἡσυχαζόντων, ὑπ᾽ ἐκείνου μόνου δεσπόζεται. ὥστ᾽, εἰ μὲν ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ γένοιτο, καὶ καταπαύειν αὐτὴν καὶ αὖθις ἐπεγείρειν οἷόν τε διὰ μόνου τοῦ βουληθῆναι, εἰ δ᾽ ὑπὸ θυμοῦ τινος ἢ ἐπιθυμίας, ὅταν ἐκεῖνα λωφήσῃ, εἰ δ᾽ ὑφ᾽ ἑκατέρων ἐνεργούντων γίγνοιτο, λογισμοῦ θ᾽ ἅμα καί τινος ἀλόγου δυνάμεως. εἰ μὲν οὖν ἀντισπῶντος τοῦ λογισμοῦ, κρατήσει τὸ ἰσχυρότερον, εἰ δὲ συνεκθέοντος, οὐδέποτε παύσεται. λέγω δὲ συνεκθεῖν τῷ πάθει τὸν λογισμὸν, ὅταν, ἅπερ ἐκεῖνο πράττει, καὶ ὁ λογισμὸς δοξάζῃ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀκολάστων. δοξάζουσι γὰρ ἀγαθὸν εἶναι μέγιστον οὗτοι τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἡδίστων,

propter ipſam ceſſare impetum; ubi vero aut iracundia, aut cupiditas quaedam ei acceſſerit, vires irrationales et corporis gravitati perſimiles, ſtatim quidem neutiquam poſſe conſiſtere, ſed temporis ſpatio forte hoc quoque fiet, quemadmodum in currentibus. Forte autem orationi appoſui propter particularium cauſarum ac eorum, quae impetum movent, vim inaequalem. Quandoquidem enim et ratiocinatio ipſum movet, et cupiditas, et iracundia, ſiquidem ab uno ipſorum conſtituatur, aliis quieſcentibus, ab illo ſolo regitur; quare, ſi a ratione fiat, et compeſcere ipſum, et rurſus excitare ſola voluntate licet; ſin ab iracundia quadam et cupiditate, quum illa ceſſaverint; ſin ab utriſque operantibus fiat, ratione ſimul et irrationali quadam facultate, ratione quidem renitente, quod valentius eſt praecellet, ſimul autem concurrente, nunquam ceſſabit. Dico autem ſimul concurrere affectui rationem, quum, quae ille facit, etiam ratio opinatur; quemadmodum in intemperantibus et protervis (qui autumant, bonum eſſe maximum dele-

ἑκουσίως ἑπομένου κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτῶν τοῦ λογισμοῦ τῇ ἐπιθυμίᾳ. ἀντιτείνειν δέ φημι τὸν λογισμὸν τῷ πάθει, μὴ δοξάζοντος μὲν τἀνθρώπου, καλὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἀπόλαυσιν τῆς προκειμένης ἡδονῆς, ἑλκομένου δέ πως ἐπ' αὐτὴν διὰ τὴν τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως ἰσχυρὰν κίνησιν. ἀλλ' εἰ μὲν ὁ λογισμὸς κρατήσειεν, ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπός ἐστι τε καὶ λέγεται, εἰ δ' ἐπιθυμία, τοὐναντίον τῷδε πρόσρημα λαβὼν ἀκρατὴς ὀνομάζεται. ὅταν δ' ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ μόνου πρὸς τὴν τῶν ἡδέων ἄγηται χρῆσιν, ὁ τοιοῦτος σώφρων καλεῖται, σκοπὸν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν οὐ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ τὴν ὠφέλειαν πεποιημένος, ὥσπερ γε καὶ ἀκόλαστος ὁ πρὸς τῆς ἐπιθυμίας μόνης ἀγόμενος, ἀκολουθοῦντος αὐτῇ τοῦ λόγου, καθάπερ τινὸς οἰκέτου. τῇ τοιαύτῃ συμπλοκῇ τῶν τὰς ὁρμὰς κινούντων αἰτίων μαρτυρεῖ καὶ τὸ τοῦ Χρυσίππου παράδειγμα. τῶν μὲν γὰρ πρὸς ἄναντες θεόντων ἡ λογικὴ μόνη δύναμις ἡγεῖται, τῶν δ' ἀκουσίως ἐπὶ κρημνὸν φερομένων ἡ ἄλογος, ἥνπερ δὴ τὸ βάρος τοῦ σώματος ἔφαμεν

ctabilium fruitionem) ratio in anima ipforum cupiditatem ultro fequitur. At reniti ac repugnare affectui rationem dico, quum homo non opinatur, propofitae voluptatis fruitionem honeftum aut bonum effe, trahitur autem quodammodo ad eam propter valentem concupifcibilis facultatis motum. Verum fi ratio fuperaverit, talis homo tum fui tum fuorum affectuum continens et eft et dicitur; fin autem cupiditas, contrariam huic appellationem fortitus incontinens nominatur. Quum vero a ratione fola ad fuavium ufum ducitur, talis temperans vocatur, hoc confilio ea deligens, non ut fruatur, fed ut juvetur, quemadmodum etiam protervus, qui a fola cupiditate ducitur, ratione tanquam famulo quodam ipfam fubfequente. Ejufmodi caufarum impetus animi excitantium complexui atteftatur etiam Chryfippi exemplum. Etenim adverfus acclive currentes fola vi rationali ducuntur, qui autem inviti ad praecipitium feruntur, irrationali, quam fane corporis pondus effe diximus, in de-

ὑπάρχειν, τῶν δ᾽ ἐς τὸ κάταντες θεόντων ἀμφότεραι. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἐφ᾽ ὁμαλοῦς, εἰ πρόσω ῥέποιεν, ὡς, εἴγε ἀνανεύοιεν ὀπίσω, θέοιεν μὲν ἂν οὕτω γε τῶν ἑτέρων ἧττον, ἵσταιντο δ᾽ ἂν, ὁπότε βουληθεῖεν. ὥστε οὐδὲν ἄχρι γε τῆς τῶν ὅρων ἐξηγήσεως ὁ Χρύσιππος ἐναντίον ἀπεφήνατο τοῖς παλαιοῖς.

Κεφ. γ΄. [139] Ὁπόταν δ᾽ ἐφεξῆς ἐπισκέπτηται, πότερον κρίσεις τινὰς ἢ κρίσεσιν ἑπόμενα χρὴ νομίζειν εἶναι τὰ πάθη, καθ᾽ ἑκάτερα μὲν ἀποχωρεῖ τῶν παλαιῶν, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τῷ τὸ φαυλότερον ἡγεῖσθαι. καὶ γὰρ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο, καὶ ἑαυτῷ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωϊκῶν, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς, καὶ ταπεινώσεις, καὶ δείξεις, ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. Ποσειδώνιος μέν γε τελέως ἀπεχώρησεν ἀμφοτέρων τῶν δοξῶν, οὔτε γὰρ κρίσεις, οὔτε ἐπιγινόμενα κρίσεσιν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς θυμοειδοῦς τε καὶ ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως ἡγεῖται γίγνεσθαι τὰ πάθη, κατὰ πᾶν ἀκολουθήσας τῷ παλαιῷ λόγῳ. καὶ πυνθάνεταί γε τοὺς περὶ

clive currentes utrisque. Pari modo qui in plano currunt, si prorsum tendant; nam si retrorsum renitantur, current quidem aliis minus, sed, ubi voluerint, sistentur. Quare nihil Chrysippus usque ad definitionum expositionem veteribus contrarium pronunciavit.

Cap. III. Quum autem deinceps inspicit, judiciane quaedam, an quae judicia sequantur, affectus esse putandum sit, utrobique a veteribus recedit, sed multo magis dum quod deterius est eligit. Etenim Zenoni in hoc et sibi et multis aliis Stoicis repugnat, qui non judicia ipsa animi, sed irrationales quae post haec contractiones, submissiones, ostentationes, elationes et diffusiones animi affectus esse existimant. Verum Posidonius ab utraque opinione recessit, ut qui neque judicia, neque judiciis supervenientia affectus esse, sed hos ab irascibili et concupiscibili facultate fieri autumet, veterem sermonem ex

τὸν Χρύσιππον οὐκ ὀλιγάκις ἐν τῇ περὶ παθῶν ἑαυτοῦ πραγματείᾳ, τίς ἡ τῆς πλεοναζούσης ὁρμῆς ἐστιν αἰτία. ὁ μὲν γὰρ λόγος οὐκ ἂν δύναιτό γε πλεονάζειν παρὰ τὰ ἑαυτοῦ πράγματά τε καὶ μέτρα. πρόδηλον οὖν, ὡς ἑτέρα τις ἄλογός ἐστι δύναμις αἰτία τοῦ πλεονάζεσθαι τὴν ὁρμὴν ὑπὲρ τὰ μέτρα τοῦ λόγου, καθάπερ τοῦ πλεονάζεσθαι τὸν δρόμον ὑπὲρ τὰ μέτρα τῆς προαιρέσεως ἄλογος ἡ αἰτία, τὸ βάρος τοῦ σώματος. ἀλλ' οὐ τοῦτο θαυμαστὸν, εἰ πολλοῖς ἐναντία λέγει Χρύσιππος, ὥσπερ οὐδ' ὅτι τῆς ἀληθείας ἀπέσφαλται, (συγγνώμη γὰρ ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ ἁμαρτάνοντι ὡραῖόν τι,) ἀλλ' ὅτι μήτε ἐπεχείρησεν ὅλως τὰ πρὸς τῶν παλαιῶν εἰρημένα διαλύσασθαι, καὶ πρὸς αὐτὸν διαφέρεται, νυνὶ μὲν γίνεσθαι νομίζων τὰ πάθη ἄνευ λόγου καὶ κρίσεως, νυνὶ δ' οὐ μόνον κρίσεσιν ἕπεσθαι φάσκων, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο κρίσεις εἶναι. τὸ γὰρ μηδ' ὅλως ἐφάπτεσθαι κρίσεως ἐναντιώτατον δήπου τῷ κρίσιν εἶναι τὸ πάθος, εἰ μὴ νὴ Δία βοηθῶν τις αὐτῷ φαίη, πλείω ση-

toto ſecutus. Ac Chryſippi ſectatores ſubinde in commentario ſuo de affectibus interrogat, quae ſuperantis impetus ſit occaſio, quum ratio praeter ipſius tum opera tum modum nequeat excellere; quapropter conſtat, aliam quandam irrationalem vim cauſam exiſtere, cur animi impetus praeter rationis modum redundet, quemadmodum gravitatem corporis cauſam eſſe rationis expertem, ob quam ſupra arbitrii menſuram abundet. Sed mirum hoc non eſt, ſi Chryſippus multis dicat contraria, quemadmodum neque quod a veritate aberraverit; condonandum enim eſt ei, quum homo ſit et juvenile quiddam peccet; verum quod neque aggreſſus ſit omnino ea, quae veteribus dicta ſunt, diſſolvere, et ſecum ipſe pugnet, dum nunc ſine ratione et judicio affectus ſieri arbitratur, nunc non ſolum judicia ſubſequi affirmat, ſed id ipſum eſſe judicia; ſiquidem neutiquam attingere judicium maxime nimirum contrarium eſt ei, quod affectus ſit judicium; niſi per Jovem ſuccurrens ei aliquis affirmet, plura

μαίνειν τὸ τῆς κρίσεως ὄνομα, καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐξήγησιν τοῦ ὅρου τὴν οἷον περίσκεψιν εἰρῆσθαι κρίσιν, ὡς εἶναι τὸ ἄνευ κρίσεως ἴσον τῷ ἄνευ περισκέψεως, ἔνθα δὲ κρίσεις εἶναί φησι τὰ πάθη, τὰς ὁρμάς τε καὶ τὰς συγκαταθέσεις ὀνομάζεσθαι κρίσεις. ἀλλ' εἴπερ τοῦτό τις δέξαιτο, πλεονάζουσα συγκατάθεσις ἔσται τὸ πάθος, καὶ πάλιν ὁ Ποσειδώνιος ἐρήσεται τὴν αἰτίαν, ὑφ' ἧς πλεονάζεται, πρὸς τῷ καὶ μέγιστον ἁμάρτημα κατὰ τὴν διδασκαλίαν ἡμαρτῆσθαι τῷ Χρυσίππῳ. εἰ γὰρ ἐν αὐτῷ δὴ τούτῳ τὸ κῦρος τοῦ δόγματός ἐστιν, ἐν τῷ διαστείλασθαι τὴν ὁμωνυμίαν καὶ δεῖξαι, κατὰ τί μὲν σημαινόμενον ἄνευ κρίσεως γίνεται τὰ πάθη, κατὰ τί δὲ κρίσεις εἰσὶν, ὁ δ' οὐδὲ καθ' ἓν τῶν τεττάρων βιβλίων, ἃ περὶ τῶν παθῶν ἔγραψεν, ἐποίησεν αὐτὸ, πῶς οὐκ ἄν τις αὐτὸν δικαίως μέμψαιτο; τάχα μὲν γὰρ οὐδὲ βραχυλογίαν τις ἄκραν ἐζηλωκὼς ὀρθῶς ἂν ὑπερβαίνοι (278) τὰ οὕτως ἀναγκαῖα, πολὺ δ' οὖν μᾶλλον, ὅταν ἐπὶ μήκιστον ἐκτείνῃ τοὺς λόγους, ὥσπερ ὁ Χρύσιππος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ μικρὸν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα.

judicii nomen significare, et in definitionis expositione veluti circumspectionem dictum esse judicium, ut sit idem sine judicio et sine circumspectione, ubi vero judicia esse affectus dicit, et impetus et assensus nominari judicia. At si quis hoc receperit, redundans assensus erit affectus, rursusque Posidonius interrogabit, ex qua causa redundet; praeter quod etiam maximum peccatum in docendi lege Chrysippus commiserit. Si enim in hoc ipso caput dogmatis est, ut aequivocationem distinguat ostendatque, quo in significatu sine judicio affectus fiant, in quo autem judicia sint, is vero ne in uno quidem libro ex quatuor, quos scripsit de affectibus, id fecit, quomodo non quis eum jure accusaverit? Forsan enim ne summam quidem dicendi brevitatem aliquis aemulatus recte tam necessaria praetergrederetur; multo magis, quum longissime sermones protenderet, quemadmodum Chrysippus. Sed de his etiam paulo posterius considerabimus.

Κεφ. δ'. Περὶ δὲ τοῦ μὴ φροντίζειν τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐναντιολογίας αὐτὸν ἔχων ἔτι μυρία λέγειν, ἃ τάχ' [140] ἂν καὶ ὕστερον, εἰ μακροτέρας ἐπιλαβοίμην σχολῆς, εἰς μίαν ἀθροίσαιμι πραγματείαν ἅπαντα, παραλιπὼν τἄλλα μόνων τῶν οἰκείων τοῖς νῦν προκειμένοις μνημονεύσω. τὴν τοίνυν ἐπιθυμίαν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ὁρισάμενος ὄρεξιν ἄλογον, αὐτὴν πάλιν τὴν ὄρεξιν ἐν ἕκτῳ τῶν κατὰ γένος ὅρων ὁρμὴν λογικὴν εἶναί φησιν ἐπί τι, ὅσον χρὴ, ἧδον αὐτῷ. οὕτω δὲ αὐτὴν ὁρίζεται κἀν τοῖς περὶ τῆς ὁρμῆς. ὥστε τὸν τῆς ἐπιθυμίας ὅρον ἀναπτυσσόμενον γίγνεσθαι τοιοῦτον· ἐπιθυμία ἐστὶν ὁρμὴ λογικὴ ἐπί τι, ὅσον χρὴ, ἧδον αὐτῷ, ἄλογος. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν διαφέρουσιν ἤτοι βιβλίοις ἢ χωρίοις βίβλων ἀναισθήτως ἔχειν τῆς ἐναντιολογίας ἧττον δεινόν· ὅταν δ' ἐν αὐτοῖς οἷς φθέγγεταί τις ἐναντία τε καὶ παντοίως μαχόμενα συμπλέξῃ, συγχεῖ καὶ ταράσσει τὴν διδασκαλίαν ἐν τῷδε καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρέχει τοῖς ἐξελέγχειν αὐτὰ πειρωμένοις, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ

Cap. IV. De eo autem, quod nihili faciat, ſi ipſe ſibi contradicat, quum infinita adhuc poſſem afferre, quae forſan etiam poſtea plus nactus otii in unum conferam commentarium omnia, nunc omiſſis aliis eorum duntaxat, quae proprie ad inſtitutum praeſens pertinent, comminiſcar. Itaque cupiditatem quum primo de affectibus definiviſſet appetitum irrationalem, ipſum rurſus appetitum ſexto generalium definitionum libro appetentiam ſeu impetum rationalem ad aliquid eſſe pronunciat, quantum convenit, ei jucundum. Hoc modo ipſam definit etiam in libris de animi impetu, ut cupiditatis definitio aperta et explicata talis fiat: Cupiditas eſt impetus rationalis ad aliquid, quantum convenit, ei jucundum, rationis expers. Verum quod in diverſis vel libris vel librorum locis contradictionem non percipiat, minus grave eſt; quum autem in eiſdem, quae loquitur aliquis, contraria et omnino repugnantia connectat, diſciplinam in eo et confundit, et perturbat, magnamque dubitationem iis, qui illa conantur redarguere, exhibet; veluti ſi

Ed. Chart. V. [140.] Ed. Bas. I. (278.)

οὕτω τις εἴποι γε, καταβὰς ἄνω, καὶ διαλεχθεὶς τῷ λίθῳ, καὶ πλεύσας διὰ μέσης τῆς πέτρας, ἀνελθεῖν εἰς τὸν βυθὸν τῆς λίμνης. ἄν τε γὰρ ὡς οὐ καταβάντα διελέγχῃς, φάσκων αὐτὸν ἄνω μεμενηκέναι καταβάντα, τοῦτ᾽ αὐτὸ δήπου φήσει καὶ αὐτὸς εἰρηκέναι κατὰ τὸν λόγον ἐν τῷ προσθεῖναι τὸ ἄνω, ἄν θ᾽, ὡς οὐδενὶ διαλέχθῃ, καὶ τοῦτ᾽ εἰρῆσθαι φήσει, ταὐτὸ γὰρ εἶναι τὸ λίθῳ διαλέγεσθαι τῷ μηδὲ λίθῳ, τῷ λίθῳ γὰρ οὐδεὶς διαλέγεται. καὶ τἄλλα οὕτως ἅπαντα σοφιστικῶς ἐπανορθοῦσθαι δυνήσεταί τις. ὥστε κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς δεῖν ἀποδρᾶναι λόγων εἶδος τοιούτων, ἐν ᾧ χρὴ τοὺς ἀκούοντας οὐχ ἃ σημαίνεται συνήθως ὑφ᾽ ἑκάστου τῶν ὀνομάτων μανθάνειν, ἀλλ᾽ ἕτερ᾽ ἄττα. τοιοῦτον γάρ τι καὶ ὁ Χρύσιππος ἀξιώσει, ἐπειδὰν μὲν ἄνευ κρίσεως λέγῃ τις γίνεσθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἀκούειν ἡμᾶς ἀξιῶν, ὅτι μετὰ κρίσεώς τε γίνεται καὶ κρίσεις εἰσίν· ἐπειδὰν δ᾽ ἄνευ λόγου καὶ ἄλογα, τὸ μήτ᾽ ἄλογα, μήτ᾽ ἐν ἀλόγῳ τινὶ δυνάμει τῆς ψυχῆς, ἀλλ᾽ ἐν τῇ λογιζομένῃ καὶ λογικά·

quis etiam in eum modum dicat: Descendit sursum, et disputavit cum lapide, et navigans per mediam petram ascendit in profundum stagni. Sive enim, tanquam qui non descenderit, arguas, dicens eum sursum mansisse, quum descendisset, idem hoc nimirum et ipse referet se in oratione dixisse, dum apposuerit sursum; sive, tanquam cum nullo disseruisset, aeque hoc dictum esse affirmabit; nam idem esse cum lapide disserere, quod ne cum lapide quidem; nam cum lapide nemo disserit. Aliaque ita omnia sophistice corrigere poterit aliquis; quare per initia statim oportet hujusmodi orationum speciem repudiare, in qua convenit auditores, non quae consueto modo a singulis nominibus significantur, sed alia quaedam intelligere. Tale siquidem aliquid etiam Chrysippus censebit, quum sane sine judicio animi affectus aliquis dicat fieri, inaudire nos volens, quod cum judicio fiant, et judicia sint; quum autem sine ratione fieri dicat, et irrationales, censens nos intelligere, neque irrationales esse, neque in irrationali quadam facultate animi, sed in ratiocinante, et

Ed. Chart. V. [140.] Ed. Baf. I. (278.)

τὸ γὰρ κρίνειν ταύτης ἔργον ὑπάρχειν· ἐπειδὰν δ' ἀπειθῶς τε καὶ ἀπεστραμμένως τοῦ λόγου, τὸ μηδεμίαν ἐπιζητεῖν ἑτέραν ἐν τῇ ψυχῇ δύναμιν, ἧς κινουμένης ἀπειθῶς τῷ λόγῳ γίγνεσθαι τὰ πάθη· μηδὲν γὰρ εἶναί τινα τοιαύτην, ὥς ἔνιοι τῶν φιλοσόφων ὑπολαμβάνουσιν ἐπιθυμητικήν τε καὶ θυμοειδῆ προσαγορεύοντες, τὸ ὅλον γὰρ εἶναι τὸ τῶν ἀνθρώπων ἡγεμονικὸν λογικόν. εἰ μὲν γὰρ εἰς πρόβλημά τις ἀπὸ στόματος ἐπικαίρου λέγοι, κάλλιον μὲν καὶ τούτῳ διωρισμένως τε χρῆσθαι καὶ σαφῶς τοῖς ὀνόμασιν, ἕξει δ' οὖν ὅμως συγγνώμην αὐτοῦ τὰ σφάλματα. τὸ δ' ἐπιστημονικὴν καὶ λογικὴν πραγματείαν ἐπαγγειλάμενον γράφειν ἀπειθῆ μὲν τῷ λόγῳ τινὰ κίνησιν ὀνομάζειν, ἀξιοῦν δ' ἡμᾶς ἀκούειν αὐτὴν λογικήν, ἢ ἀπεστράφθαι μὲν τὸν λόγον, εἶναι δ' οὐδὲν ἄλλο ἢ λόγον τε καὶ κρίσιν αὐτήν, οὐκ οἶδ' εἰ μὴ τῆς μεγίστης μέμψεως ἄξιος ὑπάρχει ἄνθρωπος, μὴ συγχωρῶν ἐπὶ ταὐτοῦ λέγειν αἰσχύνεσθαι καὶ αἰδεῖσθαι, μηδ' ἥδεσθαι καὶ χαίρειν, ἀλλ' ἀκριβοῦν ἅπαντα καὶ μέχρι

rationabiles existere; etenim judicare hujus opus esse; quum autem contumaciter et invita ratione fieri dicat aliquis, volens nos ne unam quidem aliam in anima facultatem inquirere, qua mota contumaciter rationi affectus fiant; nihil siquidem esse hujusmodi quandam facultatem, ut nonnulli philosophorum autumant concupiscibilem et irascibilem appellantes, totum namque esse, quod hominibus dominetur, rationem. Si enim problema aliquis memoriter enumeret et commentetur, praestat etiam huic distinctis clarisque uti nominibus; nihilominus tamen erroribus ipsius venia daretur. At si quis scientificum opus et rationale pollicitus scribere contumacem in rationem motum quendam nominet, velit autem nos inaudire ipsum rationalem, aut aversum quidem esse a ratione dicat, velit tamen nihil aliud esse quam rationem ipsumque judicium, haud novi, an maxima accusatione homo ille dignus sit, dum non concedit de eodem dici pudere et revereri, neque delectari et gaudere: sed qui exquisite omnia etiam usque ad nomina

τῶν ὀνομάτων ἀξιῶν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγράμμασιν, ὃ μικρὸν ἔμπροσθεν οὐκ ἐκ λόγου καὶ κρίσεως ἔφησε γίγνεσθαι, προελθὼν ἐν λόγῳ καὶ κρίσει συνίστασθαί φησιν, ἐνὸν ἐκφυγεῖν μὲν ἁπάσας τὰς οὕτως ἀκαίρους τε ἅμα καὶ παρὰ τὸ τῶν Ἑλλήνων ἔθος ἀναπιμπλαμένας ὁμωνυμίας, ἀκριβῶσαι δὲ καὶ διαρθρῶσαι τὸν λόγον Ἑλληνικοῖς τε καὶ σαφέσιν ὀνόμασιν. [141] τὸ γοῦν ἄλογον ὡσαύτως ἀφώνῳ τε καὶ ἀτραχήλῳ διχῶς ἅπαντες ἄνθρωποι λέγουσιν, καὶ τρίτον οὐδέν ἐστιν ἐπ᾽ αὐτῶν σημαινόμενον εὑρεῖν οὔτε παρὰ τοῖς νῦν Ἕλλησιν, οὔτε παρὰ τοῖς παλαιοῖς, εἴ τι χρὴ τεκμαίρεσθαι τοῖς βιβλίοις αὐτῶν. ἄφωνον δὲ δή πως λέγουσι καὶ ἀτράχηλον· ἀναγκάζει γὰρ ἡμᾶς τὰ ῥήματα ἡ Χρυσίππειος ἑρμηνεία καὶ ταῦτ᾽ ἐξηγεῖσθαι· τὸ μὲν, οἶμαι, στερήσει φωνῆς ἢ τραχήλου, τὸ δὲ κακώσει. εἰ μὲν γάρ τις φάσκει, τοὺς ἰχθῦς ἀφώνους ὑπάρχειν, ἢ τὰ φυτὰ, τῷ μηδ᾽ ὅλως ἔχειν φωνὴν οὕτως αὐτὰ προσαγορεύει· εἰ δέ τις ἄφωνον εἶναι λέγοι τὸν κιθαρῳδὸν ἢ τὸν κήρυκα, κάκωσίν τινα ἐνδείκνυται τῆς φωνῆς τἀνθρώπου, ἢ γὰρ μικρόφωνον,

disquirere censet, idem in commentariis, quod paulo antea non ex ratione et judicio dixit fieri, progressus in ratione et judicio inquit consistere, quum liceret omnes inopportunas hujusmodi et praeter consuetudinem Graecorum refertas aequivocationes fugere et accurate articulateque sermonem tum Graecis tum manifestis nominibus illustrare; nam irrationale perinde ut mutum et collo carentem bifariam omnes homines dicunt, ac tertium nullum est in eis significatum invenire neque apud Graecos hujus tempestatis, neque apud veteres, si quid ex libris ipsorum conjiciendum est. Porro mutum et collo carentem (cogit enim nos Chrysippica interpretatio haec quoque verba exponere) appellant quodammodo partim (ut opinor) vocis aut colli privatione, partim vitio. Si enim dicat aliquis, pisces mutos esse aut stirpes, eo, quod omnino vocem non habeant, ita nuncupat; si vero mutum citharoedum dicas aut praeconem, vitium aliquod vocis hominis osten-

ἢ τραχύφωνον, ἢ μελάμφωνον, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον εἶναί φησιν αὐτὸν, οὐ μὴν παντελῶς γ᾽ ἐστερῆσθαι φωνῆς. οὕτω δὲ καὶ ἀτραχήλους τινὰς ὀνομάζουσιν ἀνθρώπους, οὐ μὰ Δία ὥσπερ τοὺς ἰχθῦς ἀτραχήλους ἄν τις εἴποι, διότι μηδ᾽ ὅλως αὐτοῖς ὑπάρχει τράχηλος. οὐδεὶς γὰρ ἂν οὕτως γε ἄνθρωπος ἀτράχηλος εἴη, ὡς ἐστερῆσθαι τὸ πάμπαν τραχήλου, ἀλλὰ τῷ μικρὸν ἔχειν τὸν τράχηλον ὀνομάζονταί τινες οὕτως. καὶ μένει κἀνταῦθα τὰ παραπλήσια δύο σημαινόμενα, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἄφωνος προσηγορίας. οὕτω δὲ καὶ ἄπους, καὶ ἀσκελὴς, καὶ ἀκοίλιος, καὶ ἄπλευρος, καὶ ἄχειρ, καὶ πάνθ᾽ ὅσα τοιαῦτα, ποτὲ μὲν ἀναιρούσης τῆς α΄ φωνῆς τὸ σημαινόμενον ἑκάστου τῶν ὀνομάτων, οὗ προτάττεται, ποτὲ δ᾽ οὐκ ἀναιρούσης. οὕτως εὑρίσκω καὶ τὸ ἄλογον ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἅπασιν εἰρημένον ὑπό τε τῶν νῦν ἀνθρώπων λεγόμενον. ἐπειδὰν μὲν γὰρ ἢ τὸν ἰχθῦν τις ἢ τὸν καρκῖνον ἄλογον εἶναι φάσκῃ, παντάπασιν ἀναιρεῖ τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς ἄλογος φωνῆς· ἐπειδὰν δὲ τόδε τι τὸ ὑπὸ τοῦδε λεγόμενον ἐπιμεμφόμενοι φάσκωσιν

ditur; aut enim exigua voce praeditum, aut afpera, aut obfcura, aut hujufmodi aliud quippiam ipfum effe dicis, non tamen omnino voce effe deftitutum. Simili ratione etiam collo privatos quofdam homines nominant, non per Jovem quemadmodum pifces privatos dixerit aliquis, quod neutiquam ipfis infit collum, (nemo enim hoc pacto atrachelus fuerit, ut in totum collo careat,) fed quo dexiguum habent collum, nonnulli fic appellantur; ac manent etiam hic perfimiles duo fignificatus, quemadmodum in dictione mutus. Ita vero etiam fine pede, fine ventre, fine latere, fine manu, atque omnia ejufmodi, nonnunquam dictione ά fignificatum cujufque nominis, cui praeponitur, tollente, interim non tollente. Ita invenio etiam irrationale nomen apud veteres omnes dictum effe, item ab hujus faeculi hominibus dici. Quum etenim vel pifcem aliquis vel cancrum irrationalem effe dicit, omnino tollit fignificatum ex voce irrationalis. Quum vero aliquid, quod ab aliquo dicitur, incufantes vocitant

ἄλογον, οὐχ ὡς οὐδένα λόγον ἔχον, ἀλλ᾿ ὡς μεμπτέον καὶ πονηρῶς ἔχον οὕτως ὀνομάζουσιν. ἄλλο δὲ τρίτον ἢ καὶ νὴ Δία τέταρτον, ὡς οὗτοι βιάζονται, σημαινόμενον οὐκ ἔστιν ἐν ἔθει τοῖς Ἕλλησιν, ὃ ἐξηγεῖσθαι τὴν φωνὴν ἐπαγγέλλονται. δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ἐν τῇδε τῇ ῥήσει. διὸ καὶ οὐκ ἄπο τρόπου λέγεται ὑπό τινων τὸ τῆς ψυχῆς πάθος εἶναι κίνησις παρὰ φύσιν, ὡς ἐπὶ φόβου ἔχει καὶ ἐπιθυμίας καὶ τῶν ὁμοίων. πᾶσαι γὰρ αἱ τοιαῦται κινήσεις τε καὶ καταστάσεις ἀπειθεῖς τε τῷ λόγῳ εἰσὶ καὶ ἀπεστραμμέναι· καθ᾿ ὃ καὶ ἀλόγως φαμὲν φέρεσθαι τοὺς τοιούτους, οὐχ οἷον κακῶς ἐν τῷ διαλογίζεσθαι, ὡς ἄν τις εἴποι κατὰ τὸ ἔχειν ἐναντίως πρὸς τὸ εὐλόγως, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ λόγου ἀποστροφήν. ἐναργῶς ἐν τούτοις ὁ Χρύσιππος ἐνδείκνυται τὰ δύο σημαινόμενα τῆς ἄλογον φωνῆς, ἅπερ καὶ ὄντως ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸ μὲν ἕτερον, ᾧ τὸ εὔλογον ἐναντίον ἐστὶ, τὸ δ᾿ ἕτερον, ᾧ μηδὲν μέτεστι λόγου. τὸ μὲν οὖν ἀντικείμενον τῷ εὐλόγῳ ἁμάρτημά ἐστι καὶ κρίσις μοχθηρά· τὸ δ᾿ ἕτερον, ὃ χωρὶς

irrationale; non ceu nullius rationis compos, fed veluti culpandum praveque affectum fic vocitant. Aliud vero tertium vel etiam per Jovem quartum, ut hi vi cogunt et detorquent fignificatum, non eft in Graecorum confuetudine, qui interpretari vocem profitentur. Innuit hoc quoque ipfe Chryfippus his verbis: *Quare etiam non abs re dicitur a quibufdam, animi affectum motum effe praeter naturam, ut in metu habet, cupiditate et fimilibus. Omnes enim hujufmodi motus et conftitutiones immorigerae funt rationi et averfae: quapropter et irrationabiliter dicimus tales ferri, non veluti male in ratiocinando fic aliquis dixerit, in eo, quod fecus habeat, quam bona ratio exigat, verum fecundum rationis averfionem.* Manifefto his Chryfippus indicat duo fignificata dictionis irrationalis, quae etiam vere apud Graecos habentur, alterum, cui bona ratio contraria eft, alterum, quod nihil rationis participat. Proinde quod bonae rationi opponitur, peccatum eft et judicium pravum; alterum, quod fine

λόγου γίγνεται παντὸς, ἡ κατὰ τὸ πάθος ὁρμὴ καὶ κίνησις. εἰ δέ γε ἦν πλείω τὰ σημαινόμενα τοῦ ἄλογον ὀνόματος, οὐκ ἂν ὤκνησεν οὐδὲ περὶ ἐκείνων εἰπεῖν, ἐπιδεικνὺς, ὡς οὐδὲ καθ' ἓν αὐτῶν ἄλογον εἰρῆσθαι τὸ τῆς ψυχῆς πάθος, ἀλλὰ κατὰ μόνον ὅπερ αὐτὸς ὠνόμασε τὸ κατὰ τὴν ἀποστροφὴν τοῦ λόγου γινόμενον. ὅσα μὲν γάρ τις ἔκρινε κακῶς, οὐκ ἀπέστραπται τὸν λόγον, ἀλλ' ἔσφαλται κατ' αὐτόν· ὅσαι δ' ὁρμαὶ κατὰ θυμὸν ἢ ἐπιθυμίαν ἀποτελοῦνται, μὴ προσχρώμεναι λόγῳ, ταύτας ἀλόγους ὀνομάζει κατὰ τὸ ἕτερον τῶν σημαινομένων, ἐν ᾧ τὴν α' φωνὴν ἀποφάσκειν (279) τε καὶ ἀναιρεῖν ἐλέγομεν τὸ σημαινόμενον τῆς μετ' αὐτοῦ τεταγμένης. ἡ γὰρ ἀπειθὴς λόγῳ κίνησις ψυχῆς ἄλογός ἐστι κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, [142] ἐν ᾧ τὸ μηδὲ ὅλως χρῆσθαι λόγῳ περιέχεται. ὡς εἴγε χρώμεθα λόγῳ, καὶ κατ' αὐτὴν οὐκ ὀρθῶς ὁ Χρύσιππος εἶπεν, ἔν τε τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν, οὐχὶ διημαρτημένως φέρεται, καὶ παριδών τι κατὰ τὸν λόγον, ἀλλ' ἀπεστραμμένως τε καὶ ἀπειθῶς αὐτῷ, καὶ πάλιν ἐν τῷ θεραπευτικῷ τῶν παθῶν,

omni ratione fit, eft fecundum affectum impetus motusque. Quod fi plura effent fignificata nominis irrationale, non detrectaffet utique de illis verba facere, oftendens, quod in nullo alio ipforum irrationalis dictus fit animi affectus, verum in illo folum, quod ipfe nominavit, id quod juxta rationis averfionem fit. Quae enim male quis judicavit, in iis non a ratione averfus eft, fed in ea erravit. At qui impetus ex iracundia aut cupiditate abfolvuntur, non utentes ratione, hos irrationales nominat fecundum alterum fignificatum, in quo vocem ά negare et tollere poftpofitae fibi dictionis fignificatum dicebamus, nam inobfequens rationi motus animi irrationalis eft in eo fignificatu, quo neutiquam ratione uti comprehenditur. Nam fi utamur ratione etiam in eo, non recte dixit Chryfippus in primo de affectibus libro, non, inquiens, errabunde fertur, et praetergreffus aliquid in ratione, fed invita ipfa et in eam contumaciter ei. Rurfus commentario de curandis affectibus eadem fane haec,

Ed. Chart. V. [142.] Ed. Baf. I. (279.)

αὐτὰ δὴ ταῦτα τὰ μικρῷ πρόσθεν μοι παραγεγραμμένα διὰ τῆς ῥήσεως, ἐν ᾗ τὸ μὲν ἐναντίως τῷ εὐλόγως λεγόμενον ἄλογον οὐκ ἔφασκεν ἐν τῷ τοῦ πάθους ὁρισμῷ σημαίνεσθαι, θάτερον δὲ τὸ ἀπειθές τε καὶ ἀπεστραμμένον τὸν λόγον. ἐπιφέρων γοῦν φησιν· οἷαι καὶ ἀκρατεῖς αἱ τοιαῦται καταστάσεις εἰσὶν, ὡς ἂν οὐ κρατούντων ἑαυτῶν, ἀλλ᾽ ἐκφερομένων, καθάπερ οἱ τῷ τόνῳ τρέχοντες προσεκφέρονται, οὐ κρατοῦντες τῆς τοιαύτης κινήσεως. οἱ δὲ κατὰ τὸν λόγον κινούμενοι ὡς ἂν ἡγεμόνα καὶ τούτῳ οἰακίζοντες, κἂν ὁποιοσοῦν ᾖ, κρατοῦσιν ἤτοι ἀπαθεῖς εἰσι τῆς τοιαύτης κινήσεως καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὴν ὁρμῶν. ἐνταῦθα γὰρ πάλιν τὸ κἂν ὁποιοσοῦν ᾖ προκείμενον ἐπὶ τοῦ λόγου σαφῶς ἐνδείκνυται τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων διορισμὸν τοῦ πάθους. εἴτε γὰρ ὑγιὴς εἴη καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴτε μοχθηρός τε καὶ ψευδὴς, ὁ κινούμενος κατ᾽ αὐτὸν οὐκ ἂν ποτε γένοιτ᾽ ἐν πάθει. κατὰ μὲν γὰρ τὸν ἀληθῆ προσηκόντως τε καὶ κατωρθωμένως κινεῖται, κατὰ δὲ τὸν ψευδῆ μοχθηρῶς τε καὶ διημαρτημένως. ἵνα γὰρ ὁ λόγος ἡγεμών ἐστιν, ἢ ἀρετὴ

quae paulo prius a me ad verbum praefcripta funt, ubi irrationale, quod contrarie ei, quod bona ratione eft, dicitur, non pronunciabat, in affectus definitione fignificari, fed alterum inobfequentem et averfum a ratione. Subinferens itaque inquit: *Cujufmodi etiam incontinentes tales conftitutiones exiftunt, tanquam fefe non continerent, fed efferrentur; quemadmodum qui valide currunt, ultro efferuntur, talem motum non continentes. At qui fecundum rationem moventur, tanquam ducem, etiam hac gubernantes, qualifcunque ea quoque fuerit, continent, vel certe non ab ejufmodi motu afficiuntur, ejufque impetuofis elationibus.* Hic enim rurfus illud, qualifcunque fit, in ratione propofitum, manifefto vitiorum ab affectu diftinctionem indicat. Sive enim fana et vera extiterit ratio, five prava et mendax, is, qui fecundum ipfam movetur, nunquam in affectum inciderit, fiquidem fecundum veram decenter et recte movetur, fecundum falfam prave et vitiofe. Ubi enim ratio dux eft, aut virtus fequitur, aut

ἕπεται, ἢ ἁμάρτημα, πάθος οὐδέποτε. τὸ γοῦν οἰηθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, καθάπερ ὁ Ἐπίκουρος, ἡμαρτημένος τε λόγος ἐστὶ καὶ ψευδής, ἁπάσας τε τὰς ἐνεργείας καὶ κατὰ μέρος κινήσεις ἐκ τῆς ψυχῆς, ὅσαι τῆς ἡδονῆς ὡς τέλους στοχάζονται μοχθηρῶς, μοχθηρὰς μὲν ἐξ ἀνάγκης ἔχει καὶ διημαρτημένας, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καὶ πάθη· τὸ γὰρ ἴδιον τοῦ πάθους αὐτὸ δὴ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ χωρὶς λόγου κινεῖσθαι τὴν ψυχήν. ὅθεν καὶ δεόντως ὁ Χρύσιππος ἔγραψεν· οἱ δὲ κατὰ λόγον κινούμενοι ὡς ἂν ἡγεμόνα καὶ τούτῳ οἰακίζοντες τὰς κατὰ μέρος δηλονότι κινήσεις τῆς ψυχῆς κρατοῦσι τῶν κατ᾽ αὐτὰς ὁρμῶν ἀνάλογον τοῖς περιπατοῦσιν, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐκφέρονται βιαίως, ὥσπερ οἱ κατὰ πρανοῦς θέοντες. συνάπτων γοῦν τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει καὶ ταυτὶ προσγράφει· οἱ δέ γε κατὰ τὸν λόγον κινούμενοι ὡς ἂν ἡγεμόνα καὶ τούτῳ οἰακίζοντες, καὶ ἐὰν ὁποιοσοῦν ᾖ, κρατοῦσι τῶν κινήσεων καὶ τῶν κατ᾽ αὐτὰς ὁρμῶν, ὥστε πεισθῆναι ἐάν περ ἐνδείκνυται αὐτὸς παραπλησίως τοῖς περιπατοῦσιν. οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις ἐπιφέρει· διὸ καὶ

vitium, affectus nunquam. Itaque putare, voluptatem bonum existere, quemadmodum Epicurus, peccans vitiosaque et falsa ratio est, omnesque actiones et particulares animi motus, qui voluptatem tanquam finem respiciunt prave, pravos sane necessario et aberrantes facit ac vitiosos, non tamen jam affectus quoque; quippe proprium affectus hoc ipsum est, ut anima citra rationem moveatur. Unde etiam decenter Chrysippus scripsit: *Qui autem secundum rationem tanquam ducem moventur, et hac particulares scilicet animi motus gubernant, impetus in eis continent simili iis modo, qui obambulant, sed non violenter ab ipsis efferuntur, quemadmodum qui in declivi currunt.* Connectens itaque suprascriptae sententiae haec quoque ascribit: *At qui secundum rationem tanquam ducem moventur, et hac etiam, qualiscunque sit, gubernantes, motus impetusque eorum continent, ita ut pareant, si modo ipsa indicet, similiter iis, qui obambulant.* Non contentus autem his adducit: *Quapropter*

Ed. Chart. V. [142. 143.] Ed. Baf. I. (279.)

αἱ οὕτως ἄλογοι κινήσεις πάθη τε λέγονται καὶ παρὰ φύσιν εἶναι, ἅτ᾽ ἐκβαίνουσαι τὴν λογικὴν σύστασιν. πῶς οὕτως; ἢ δηλονότι χωρὶς λόγου παντὸς, καὶ ἀπεστραμμέναι τὸν λόγον, ὃν ἡγεμόνα ἔδωκεν ἡμῖν ἡ φύσις ἁπασῶν τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν; οὐχ ἡγεῖται δ᾽ ἐν τοῖς πάθεσιν· ὅθεν ἐκβεβηκέναι φησὶ τὴν λογικὴν σύστασιν ἁπάσας τὰς κατὰ πάθος κινήσεις, ὀρθότατα λέγων. εἰ γὰρ ἡ μὲν λογικὴ τοῦ ζώου σύστασις ἡγεμόνα κέκτηται τὸν λόγον, οὐ κρατεῖ δ᾽ οὗτος οὐδ᾽ ἡγεῖται τῶν κατὰ τὸ πάθος κινήσεων, ἐκβέβηκε τὴν λογικὴν φύσιν ὁ κατὰ πάθος κινούμενος. καὶ μὴν, εἴπερ οὐ λόγος ὁρμῆς ἡγεῖται, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον, ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ ἡγούμενον. οὐ γὰρ δή γε ἀποχρήσει αὐτοῖς εἰπεῖν, ὡς οὔτε λόγος, οὔτε ἄλλη δύναμις οὐδεμία. συγχωροῦσι γὰρ οὕτως ἀναίτιόν τινα κίνησιν, ὃ παντὸς μᾶλλον φυλάττεσθαι παραινοῦσι, καὶ μέμφονταί γε τὸν Ἐπίκουρον, ἐπειδάν τινα τοιαύτην ὑποτίθηται. εἴπερ οὖν μηδὲν ἀναιτίως γίγνεται, [143] καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν ἁπάντων σχεδόν τι τῶν φιλοσόφων

etiam tam irrationales motus et affectus, et praeter naturam esse dicuntur, tanquam rationalem dispositionem egredientes. Quo pacto? An certe sine omni ratione, et ab ea aversi, quam natura omnium particularium functionum ducem nobis dedit? Non praeest autem in affectibus; unde rationalem constitutionem universos affectus motiones excessisse dicit, rectissime scribens. Si enim rationalis animi constitutio ducem nacta est rationem, non autem haec dominatur, neque motibus secundum affectum praeest, is, qui pro affectu movetur, rationalem egressus est naturam. Atqui si non ratio impetui praeest, respondeant nobis Chrysippi sectatores, quid tandem sit, quod praeest. Non enim sufficiet ipsis dicere, quod neque ratio, neque ulla facultas alia. Concedunt namque ita motum quendam causae expertem, quod multo magis vitandum statuunt, accusantque Epicurum, quum hujusmodi quendam proponit. Si igitur nihil sine causa fit et hoc omnibus prope philosophis communiter in confesso est,

Ed. Chart. V. [143.] Ed. Baf. I. (279.)

ὁμολόγημα κοινὸν, οὐ Χρυσίππου μόνον, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ Πλάτωνος, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν, ἥ τίς ποτ᾽ ἐστὶν αἰτία τῆς κατὰ πάθη κινήσεως. οὐ γὰρ δὴ ὁ λόγος γε νῦν ἡγεμὼν οὐδ᾽ αἴτιος αὐτοῖς ὑπάρχει, καθάπερ ἔν τε τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ κατορθώμασιν. ὁ μὲν οὖν Ποσειδώνιος, ὡς ἂν, οἶμαι, τεθραμμένος ἐν γεωμετρίᾳ καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων Στωϊκῶν ἀποδείξεσιν ἕπεσθαι συνειθισμένος, ᾐδέσθη τήν τε πρὸς τὰ σαφῶς φαινόμενα μάχην καὶ τὴν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν ἐναντιολογίαν τοῦ Χρυσίππου, καὶ πειρᾶται μὴ μόνον ἑαυτὸν τοῖς Πλατωνικοῖς, ἀλλὰ καὶ τὸν Κιττιέα Ζήνωνα προσάγειν· οἱ δ᾽ ἄλλοι Στωϊκοὶ σχεδὸν ἅπαντες οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἕπεσθαι μᾶλλον οἷς ἐσφάλη Χρύσιππος ὑπομένουσιν, ἢ τἀληθὲς αἱρεῖσθαι.

Κεφ. ε΄. Καὶ οἵ γε νῦν αὐτῶν ἐνδοξότατοι, πυνθανομένων ἡμῶν ἑκάστοτε, τίνα ποτὲ χρὴ τίθεσθαι τὴν αἰτίαν τῆς κατὰ τὰ πάθη κινήσεως, ἄνω μὲν καὶ κάτω τοὺς λόγους ἑλίττουσιν, ἀποσαφοῦσι δ᾽ οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἐνίοτε μὲν τὸν ἡμαρτημένον λόγον φασὶν καὶ τὴν δόξαν τὴν ψευδῆ τῶν

non Chryſippo ſolum aut Ariſtoteli aut Platoni, reſpondeant nobis, quae tandem affectuum motus cauſa exiſtat. Non enim jam ratio dux neque cauſa ipſis eſt, quemadmodum in peccatis et recte geſtis. Itaque Poſidonium (uti puto) in geometria educatum et magis, quam alii Stoici, demonſtrationes ſequi aſſuetum puduit Chryſippi, qui manifeſto apparentibus repugnet et ſibi ipſe contradicat, ac conatur non modo ſeipſum, ſed etiam Cittieum Zenonem Platonicis adducere: reliqui vero Stoici prope univerſi haud novi quomodo ſequi potius ea, in quibus Chryſippus aberravit, ſuſtinent, quam verum deligere.

Cap. V. Ac hujus tempeſtatis inter eos clariſſimi, interrogantibus nobis frequenter, quae tandem affectuum motus cauſa ſtatuenda ſit, ſurſum et deorſum ſermones implicant, ſed nihil manifeſto expediunt. Verum interim peccantem rationem dicunt falſamque opinionem

Ed. Chart. V. [145.] Ed. Bas. I. (279.)

κατὰ τὰ πάθη κινήσεων αἴτιον ὑπάρχειν, δυσωπούμενοι δ' αὖθις ὑπὸ τῶν Χρυσίππου ῥήσεων ὑποχωροῦσί τε τούτων, καὶ κινήσεις τινὰς ἀναιτίους ὑποτίθενται, καὶ μένουσιν οὐδέποτ' ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀποκρίσεων, ἀλλ' Εὐρίπου δίκην ἑκάστοτε μεταῤῥέουσιν, ἀπὸ μὲν τοῦ τὸν λόγον τε καὶ τὴν δόξαν αἰτιᾶσθαι τῶν παθῶν ἐπὶ τὸ χωρὶς αἰτίας οὑτωσί πως κινουμένην τὴν ψυχὴν ἐμπίπτειν τοῖς πάθεσιν, ἀπὸ δ' αὖ τῆς εἰκαίας τε καὶ ἀναιτίου κινήσεως ἐπὶ τὰ λογικὰς εἶναι τὰς κινήσεις τῶν παθῶν. ὁ γὰρ ἔλεγχος ἑκατέρων τῶν ἀποκρίσεων ἐκ προχείρου παρακείμενος οὐκ ἐᾷ καταμένειν ἐπ' οὐδετέρας αὐτῶν, ἐν μὲν τῷ τὰς κατὰ τὰ πάθη κινήσεις ὑπὸ τοῦ λόγου γίγνεσθαι φάσκειν οὐκ ἐχόντων αὐτῶν ἁμάρτημα διακρῖναι πάθους, ἐν δὲ τῷ καὶ τοῦτον ἀφελεῖν εἰς ἀναίτιόν τινα κίνησιν ἐμπιπτόντων, ἐνὸν αὐτοῖς ἐξ ἑτοίμου φυγεῖν ἀμφοτέρας τὰς ἀτοπίας, τὴν μὲν τοῦ μὴ δύνασθαι διορίσαι πάθους ἁμάρτημα, χωρίζοντας τοῦ λόγου τὰ πάθη, τὴν δὲ τοῦ γίνεσθαί τι χωρὶς αἰτίας, ὁμολογήσαντας, ἀλόγους τινὰς εἶναι δυνάμεις ἐν τῇ ψυχῇ.

motuum secundum affectus causam esse pronunciant. At quum rursus Chrysippi dictis molestentur, et his cedunt, et motus quosdam causarum expertes statuunt, manentque nunquam in eisdem responsionibus, sed Euripi modo frequenter resluunt, resiliuntque ab eo, quod ratio opinioque affectus causet, ad id, quod sine causa sic quodam modo mota anima in affectus incidat, ab eo rursus, quod motus vanus et expers causae sit, ad id, quod affectuum motus rationales sint; siquidem reprehensio utriusque responsionis ex procinctu apposita non sinit alterutri ipsorum immorari, cum dicendo quidem, affectuum motus a ratione fieri, nequeant vitium ab affectu discernere, dum autem hanc adimunt, in motum quendam causae expertem incidant, quum liceat ipsis ex facili ambas absurditates subterfugere; hanc, quod nequeant vitium ab affectu segregare, separante ratione affectus; illam, quod fiat aliquid sine causa, confessi, irrationales quasdam fa-

τῶν κατ' αὐτὴν παθῶν αἰτίας. οὐ μόνον τοίνυν οἱ ἄλλοι, ἀλλὰ καὶ ὁ Χρύσιππος αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ παθῶν συγγράμμασιν ἐπ' οὐδεμιᾶς ὁρίζει βεβαίως δόξης, ἀλλ' ἀεὶ σαλεύει καθάπερ ἐν κλύδωνι. καὶ γὰρ καὶ χωρὶς λόγου παντὸς γίγνεσθαί φησι τὰ πάθη, καὶ αὖθις τῆς λογικῆς εἶναι δυνάμεως μόνης, ὥστε διὰ τοῦτο μηδὲ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις συνίστασθαι, καὶ χωρὶς κρίσεως γίνεσθαι, καὶ αὖθις κρίσεις εἶναι. ἐμπίπτει δέ ποτε καὶ εἰς τὸ φάσκειν, εἰκῆ γίνεσθαι τὰς κατὰ τὰ πάθη κινήσεις, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἀναιτίως, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι τὸ ῥῆμα. αἷς γοῦν ὀλίγον ἔμπροσθεν γέγραφε ῥήσεσιν ἐφεξῆς φησιν· οἰκείως δὲ τῷ τῶν παθῶν γένει ἀποδίδοται καὶ ἡ πτοιὰ κατὰ τὸ ἐνσεσοβημένον τοῦτο καὶ φερόμενον εἰκῆ. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἀναιτίως εἰκῆ λέγεις, ὦ Χρύσιππε, καὶ σεαυτῷ μάχῃ, καὶ Ἀριστοτέλει, καὶ Πλάτωνι, καὶ ταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων ἐννοίαις, καὶ πολὺ πρότερον αὐτῇ τῶν πραγμάτων τῇ φύσει, μηδενὸς ἀναιτίως γίγνεσθαι δυναμένου. [144] εἰ δὲ τὸ χωρὶς λόγου σημαίνει σοι τὸ εἰκῆ, τὸ (280) μὲν ἄλογον οὕτω

cultates in anima affectuum ipsius causas esse. Non solum igitur alii, sed etiam Chrysippus ipse in commentariis de affectibus in nulla haeret firmiter opinione, verum semper ceu in unda fluctuat. Quin etiam sine omni ratione fieri dicit affectus, et rursus rationalis solius esse facultatis; ut propterea neque in irrationabilibus animalibus consistant, et sine judicio fiant, rursusque sint judicia. Incidit autem nonnunquam, ut etiam dicat temere affectuum motus fieri; quod nihil aliud est, quam sine causa, si quis exacte verbum examinet. Verbis itaque paulo superius scriptis subjungit: *Merito autem affectuum generi etiam timor attribuitur, secundum quod incutitur vel temere accidit.* At si sine causa temere dicis, o Chrysippe, et tibi ipse refragaris, et Aristoteli, et Platoni, et omnium hominum sententiis, multoque prius ipsi rerum naturae, quum nihil sine causa possit fieri. Quod si citra rationem significat tibi temere, dictio irrationale

γε μετειλημμένον ἂν εἴη, τὸ δ' ἐξ ἀρχῆς ζητούμενον ἔτι μένει. τὴν παράλογον ταύτην κίνησιν, ὑπὸ λόγου μὲν μὴ γινομένην, ὑπ' αἰτίας δέ τινος γινομένην, ἐρωτῶμέν σε, τίς ἐδημιούργησεν αἰτία; ἡμεῖς μὲν γάρ φαμεν ἐνίοτε μὲν τὴν θυμοειδῆ δύναμιν, ἐνίοτε δὲ τὴν ἐπιθυμητικήν. σὺ δὲ οὔτε ταῦτα ὁμολογεῖς, οὔτε τὴν λογικὴν εἰπεῖν τολμᾷς, ἀλλ' εἰκῇ γίνεσθαι φήσας ἀπηλλάχθαι νομίζεις τοῦ ζητήματος, οὐκ εἰδὼς, ὅτι πᾶν, ὅ τι περ ἂν εἰκῇ καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου γίνεσθαι λέγηται, κατὰ τὴν ὡς πρὸς ἡμᾶς γνῶσιν οὕτω προσαγορεύεται, ταῖς δ' ἀληθείαις οὐδὲν αὐτῶν οὕτω γίγνεται, καθάπερ καὶ ὁ θειότατος Ἱπποκράτης εἶπεν· ἡμῖν μὲν αὐτόματον, αἰτίᾳ δ' οὐκ αὐτόματον. οὕτω δὲ καὶ τὸ πλεονάζουσαν ὁρμὴν εἶναι τὸ πάθος ἐξηγούμενος ὁ Χρύσιππος ἔν τε τῷ περὶ παθῶν ἠθικῷ κἀν τῷ πρώτῳ τῶν λογικῶν, ὑπὲρ τὴν τοῦ λόγου συμμετρίαν γίνεσθαί φησιν τὴν ὑπερβολὴν τῆς κινήσεως, οὐ μὴν τήν γ' αἰτίαν αὐτῆς προστίθησιν. ἐχρῆν δέ γε κἀνταῦθα μὴ περιπλέκειν καὶ ταράττειν τὸν λόγον εἰς περιττὸν ἐκτείνοντα μῆκος, ἀλλὰ τοῦ

ſio tranſumpta erit, at quod ab initio quaerebatur, adhuc manet. Hunc motum praeter rationem, qui a ratione quidem non fit, ſed a cauſa aliqua, interrogamus te, quae cauſa effecit? Nos enim affirmamus interim vim iraſcibilem, interim concupiſcibilem. Tu autem neque haec fateris, neque rationalem audes dicere, ſed temere fieri locutus liberatum te eſſe a quaeſtione putas, ignarus totum, quodcunque temere et ſua ſponte fieri dicitur, quantum nos cognoſcere poſſumus, ita appellari. Revera autem nihil ipſorum ita fit, quemadmodum et diviniſſimus Hippocrates dixit: *Nobis quidem fortuitum, cauſae autem non fortuitum.* Pari modo, quod affectus redundans ſit animi impetus, Chryſippus exponens tum in libro morali de affectibus tum in primo logicorum motus exceſſum ſupra rationis commoderationem fieri aſſeverat, non tamen cauſam ipſius apponit. Conveniebat enim hic quoque ſermonem non implicare turbareque ſuperflua prolixitate, ſed ubi cauſam, cur impetus

Ed. Chart. V. [144.] Ed. Baf. I. (280.)

πλεονάζεσθαι τὴν ὁρμὴν εἰπόντα τὴν αἰτίαν ἀπηλλάχθαι. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν εἰς τὸ κάταντες θεόντων ἅμα τῇ βουλήσει τὸ βάρος τοῦ σώματος αἴτιον ὑπάρχει τῆς κινήσεως, οὕτως ἐν τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσιν ὅ τί ποτ᾽ ἄλλο τῇ λογικῇ δυνάμει προσιὸν αἴτιον γίνεται τῆς ἀμέτρου καὶ, ὡς αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν, ἐκφόρου κινήσεως, ἐχρῆν αὐτὸν διελθεῖν. ἡ δ᾽ οὖν ῥῆσις ἡ κατὰ τὸ θεραπευτικὸν τῶν παθῶν βιβλίον ὧδ᾽ ἔχει· οἰκείως δὲ καὶ ὁρμὴ πλεονάζουσα λέγεται εἶναι τὸ πάθος, ὡς ἄν τις ἐπὶ τῶν ἐκφερομένων κινήσεων πλεονάζουσαν κίνησιν εἴποι, τοῦ πλεονασμοῦ ἐν αὐτῇ γινομένου κατὰ τὴν τοῦ λόγου ἀποστροφὴν καὶ τὸ ἄνευ τοῦ πλεονασμοῦ τούτου σωστικόν. ὑπερβαίνουσα γὰρ τὸν λόγον ἡ ὁρμὴ καὶ παρὰ τοῦτον ἀθρόως φερομένη οἰκείως τ᾽ ἂν πλεονάζειν ῥηθείη καὶ κατὰ τοῦτο παρὰ φύσιν γίγνεσθαι καὶ εἶναι ἄλογος, ὡς ὑπογράφομεν. ὑπερβαίνουσα, φησὶ, τὸν λόγον ἡ ὁρμὴ καὶ παρὰ τοῦτον ἀθρόως φερομένη τὴν κατὰ τὸ πάθος ἔκφορον ἀπεργάζεται κίνησιν. οὔκουν ὁ λόγος αἴτιος, ὦ Χρύσιππε, τῆς ἐκφόρου τε καὶ

animi redundet, expediviſſet, ceſſare. Sicut enim in iis, qui in declive currunt, una cum voluntate corporis gravitas motus cauſa exiſtit, ita in animi affectibus quaenam alia rationali facultati accedens cauſa immodici et (ut ipſe ſolebat nominare) elati motus efficiatur, oportebat ipſum percenſuiſſe. Verba igitur in libro de medendis affectibus in hunc modum habent: *Proprie etiam impetus animi redundans affectus eſſe dicitur, tanquam ſi quis in elatis motibus redundantem motum dicat, redundantia in eo oboriente ſecundum rationis averſionem et id quod ſine redundantia hac fit facile conſiſtens. Excedens enim rationem impetus et praeter hanc univerſim latus proprie redundare dicetur, et ſecundum hoc praeter naturam fieri, et eſſe irrationalis, ut ſubſcribimus.* Excedens (inquit) rationem impetus et praeter hanc raptim latus ſecundum affectum elatum efficit motum; ob quod ratio, o Chryſippe, elati et immodici mo-

ἀμέτρου κινήσεως. αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖς, αὐτὴν γίνεσθαι παρὰ τὸν λόγον, οὐκ ἐγχωρεῖ δ' ἅμα τε παρὰ τὸν λόγον γίνεσθαί τι καὶ ὑπὸ τοῦ λόγου, πάντως δ' ὑπό τινος αἰτίας. οὐκ ἔστι δ' ἐκείνη λογική, ἄλογος ἄρα τις ἡ τὸ πάθος ἐργαζομένη δύναμις. καὶ τάχ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα, καίτοι γ' ἐνὸν ἡμῖν λέγειν, ὦ γενναιότατε Χρύσιππε, δυοῖν θάτερον, ἢ ὡς οὐδὲν διαφέρει πάθος ἁμαρτήματος, ἢ ὡς ἐπιγίνεται τοῖς ἁμαρτήμασι τὰ πάθη. τούτων γὰρ ὁποτερονοῦν εἰπόντες οὐκ ἀναγκαζόμεθα τὴν αἰτίαν οὐκ ἀποκρίνεσθαι τῆς παρὰ τὸν λόγον ἀμέτρου κινήσεως. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδέτερον ὑπέμεινας εἰπεῖν, αἰδούμενος ἐναντία λέγειν τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, αὐτὸς δὲ πρὸς αὐτὸν ἐναντιολογούμενος οὐκ αἰσθάνῃ παρὰ τὸν λόγον γίνεσθαι φάσκων τινὰς κινήσεις, καὶ ἀπεστράφθαι τὸν λόγον καὶ ἀφηνιάζειν αὐτὸν, κἄπειτα μικρὸν ὕστερον τὰς αὐτὰς ταύτας ὑπὸ λογικῆς γίνεσθαι δυνάμεως φάσκων. ἡ δ' αὐτὴ μάχη κἂν ἐν τῷ κρίσεις τε φάσκειν εἶναι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ χωρὶς κρίσεως

tus caufa non eft. Ipfe namque confiteris, eum praeter rationem fieri. At non poteft aliquid fimul et praeter rationem et a ratione fieri, omnino autem ab aliqua caufa; illa vero non eft rationalis; irrationalis igitur quaedam eft facultas, quae affectum efficit; et forfan non ab aliis, fed nostris ipforum pennis capimur; et fi liceat nobis dicere, Chryfippe generofiffime, alterutrum, vel quod nihil affectus a vitio differat, vel quod vitiis affectiones superveniant. Horum enim quodcunque dixerimus, non cogimur caufam immodici praeter naturam motus refpondere. Verum neutrum horum dicere fustinuifti, reveritus contraria iis, quae manifefto apparent, enunciare. Ipfe vero imprudens tibimet contradicis, praeter rationem inquiens motus quofdam fieri, et averti a ratione, et ab ea diffidere, deinde paulo pofterius eofdem hos a rationali facultate fieri pronuncians. Similiter tecum pugnas, dum animi affectus elle judicia

γίνεσθαι. τὴν μὲν οὖν ἐκ τοῦ πρώτου περὶ παθῶν ῥῆσιν, ἔνθα φησὶν χωρὶς κρίσεως γίνεσθαι τὰ πάθη, παρεθέμην ἔμπροσθεν. ὅτι δὲ καὶ κατὰ τὸ θεραπευτικὸν αὐτοῦ βιβλίον, ὃ δὴ καὶ ἠθικὸν ἐπιγράφεται, τῆς αὐτῆς δόξης ἔχεται, μαθεῖν ἔστιν ἐκ τῆσδε τῆς ῥήσεως. [145] οὐ γὰρ ἐν τῷ κρίνειν ἀγαθὰ ἕκαστα τούτων λέγεται ἀῤῥωστήματα ταῦτα, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπὶ πλέον ἐκπεπτωκέναι πρὸς ταῦτα τοῦ κατὰ φύσιν. ἴσως δ᾽ ἄν τινος ἐν τῇδε τῇ ῥήσει λέξαντος, οὐκ ἀπεστέρηκε μὲν τοῦ κρίσιν εἶναι τὸ ἀῤῥώστημα, οὐ μὴν ἐν αὐτῇ γε μόνῃ τῇ ψευδεῖ κρίσει τὴν γένεσιν αὐτοῦ τίθεται, ἀλλὰ προσέρχεσθαί φησι τὸ ἐπὶ πλέον, ἐκ τῶν ἐπιφερομένων ἡ γνώμη τοῦ Χρυσίππου καταφανήσεται, ὅθεν οὐκ ἀλόγως γυναικομανεῖς τινες λέγονται καὶ ὀρνιθομανεῖς. εἰ γὰρ δὴ μὴ μάτην ἐγκείσεται τὸ τῆς μανίας ὄνομα τῷ τοῦ ἀῤῥωστήματος προσαρτήματι, μανία δ᾽ ὑπὸ τῆς ἀλόγου κατὰ τὸ σῶμα γίνεται δυνάμεως, οὐδὲν ἧττον τὸ ἀῤῥώστημα τῶν λογικῶν. ἀλλὰ νὴ Δία ἴσως ἄν τις φήσειε,

et fine judicio fieri tueris. Ea itaque verba ex primo de affectibus libro, ubi affectus fieri fine judicio affirmat, fuperius appofui. Quod autem etiam in libro ipfius de medendis affectibus, qui moralis quoque infcribitur, eandem opinionem referat, ex hifce verbis eft condifcere: *Non enim in judicando fingula bona eorum dicuntur infirmitates hae, fed ex eo, quod nimium in his a naturali lege exciderint.* Si quis autem forte in hac dictionum ferie dicet, infirmitatem non privavit, quo minus fit judicium, non tamen in ipfo folo mendaci falfoque judicio generationem ejus ftatuit, fed procedere ait nimium a naturali modo ex iis, quae adducuntur, fententia Chryfippi manifeftabitur, unde non fine ratione nonnulli mulierum amore et avium ftudio infani dicuntur. Si enim non fruftra imponetur infaniae nomen infirmitatis appendiculo, infania autem ab irrationali facultate oritur in corpore, nihil minus quam infirmitas rationalium. Sed per Jovem forfan aliquis dixerit, infaniam non pro-

τὸ μανιῶδες οὐ διὰ τὴν ἄλογον γίνεσθαι δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐπὶ πλέον ἢ προσῆκεν ἐξῆχθαι τήν τε κρίσιν καὶ τὴν δόξαν, ὡς εἰ καὶ οὕτως ἔλεγεν, ἀῤῥωστήματα γίνεσθαι κατὰ τὴν ψυχὴν, οὐχ ἁπλῶς τῷ ψευδῶς ὑπειληφέναι περί τινων, ὡς ἀγαθῶν ἢ κακῶν, ἀλλὰ τῷ μέγιστα νομίζειν αὐτά· μηδέπω γὰρ ἀῤῥώστημα τὴν περὶ τῶν χρημάτων εἶναι δόξαν, ὡς ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐπειδάν τις αὐτὰ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζῃ καὶ μηδὲ ζῆν ἄξιον ὑπολαμβάνῃ τῷ στερηθέντι χρημάτων· ἐν τούτῳ γὰρ συνίστασθαι τήν τε φιλοχρηματίαν καὶ τὴν φιλαργυρίαν ἀῤῥωστήματα οὔσας. ἀλλὰ τῷ ταῦτα φάσκοντι Ποσειδώνιος ἀντιλέγων ὧδέ πώς φησι· τοιούτων δ' ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λεγομένων, διαπορήσειεν ἄν τις, πρῶτον μὲν, πῶς οἱ σοφοὶ, μέγιστα καὶ ἀνυπέρβλητα νομίζοντες εἶναι ἀγαθὰ τὰ καλὰ πάντα, οὐκ ἐμπαθῶς κινοῦνται ὑπ' αὐτῶν ἐπιθυμοῦντές τε ὧν ὀρέγονται καὶ περιχαρεῖς γινόμενοι ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ὅταν τύχωσιν αὐτῶν. εἰ γὰρ τὸ μέγεθος τῶν φαινομένων ἀγαθῶν ἢ κακῶν κινεῖ τὸ νομί-

pter irrationalem facultatem nafci, fed quod amplius, quam convenit, eductum fit judicium opinioque; quemadmodum fi etiam ita dixiffet, infirmitates in anima fieri fimpliciter, non quod falfo de quibufdam ceu bonis aut malis exiftimaverit, fed quod maxima ea putaverit. Nondum enim infirmitatem effe de divitiis tanquam bonis opinionem, fed quum quis eas maximum effe bonum arbitretur et ne vita quidem dignum cenfeat divitiis deftitutum; in hoc enim confiftere divitiarum argentique ftudium, quae infirmitates funt. Sed haec pronuncianti Pofidonius contradicens hunc in modum ait: *Hujusmodi autem, quae a Chryfippo dicuntur, inquirere aliquis poterit; primum quidem, quomodo fapientes, qui maxima et infuperabilia bona honefta omnia effe putant, non fecundum affectum ab eis moventur, exoptantes quae appetunt, et exultantes facti ea propter, ubi fuerint affecuti. Si enim magnitudo apparentium bonorum malorumve movet, ut putet aliquis, fe-*

ζειν καθῆκον καὶ κατ᾽ ἀξίαν εἶναι παρόντων αὐτῶν ἢ παραγινομένων, καὶ μηδένα λόγον προσίεσθαι περὶ τοῦ ἄλλως δεῖν ὑπ᾽ αὐτῶν κινεῖσθαι, τοὺς ἀνυπέρβλητα νομίζοντας εἶναι τὰ περὶ αὑτοὺς τοῦτ᾽ ἔδει πάσχειν, ὅπερ οὐχ ὁρᾶται γινόμενον. ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τοὺς προκόπτοντας ἢ μεγάλας βλάβας ὑπὸ τῆς κακίας ὑπολαμβάνοντας παρεῖναι, ἔδει δὲ καὶ ὑποφέρεσθαι φόβοις, καὶ λύπαις περιπίπτειν μὴ μετρίαις, ὅπερ οὐδ᾽ αὐτὸ συμβαίνει. τούτοις δ᾽ ἐφεξῆς ὁ Ποσειδώνιος καὶ τάδε γράφει· εἴτε πρὸς τῷ μεγέθει τῶν φαινομένων καὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς ψυχῆς αἰτιάσοιντο, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν σοφοὺς τὸ παράπαν ἐροῦσιν ἀπηλλάχθαι τῶν παθῶν, τοὺς δὲ φαύλους, ὅτε ἀσθενεῖς ὦσι μὴ κατὰ τὴν κοινὴν ἀσθένειαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπὶ πλεῖον ἐῤῥυκυῖαν, οὐδ᾽ οὕτως λέλυται τὸ ζητούμενον. ὅτι γὰρ διὰ τὴν νόσον τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς πάθεσι γίνονται, πάντες ὁμολογοῦσι· πῶς μέντοι γε κινηθείσης, καὶ πῶς κινούσης, ζητεῖται μὲν, οὐχ ὑποδείκνυται δέ. εἶτ᾽ ἐφεξῆς καὶ τάδε γράφει· οὐ μόνον δ᾽ οἱ ἐπὶ πλέον ἐῤῥυκυῖαν ἔχοντες τὴν κακίαν

cundum officium et dignitatem eſſe praeſentiam ipſorum aut adventum, et nullam rationem admittat de eo, quod aliter conveniat ab ipſis moveri; eis, qui inſuperabilia ſua eſſe ſtatuunt, hoc accidere oportebat; quod non videtur fieri. Similiter qui procedunt peccantque, aut magna incommoda a malitia venire autumant, eos decebat tum metu labaſcere, tum moeſtitia non mediocri concidere; quod nec ipſum contingit. Poſt haec deinde Poſidonius in eum modum tradit: *Si praeter apparentium magnitudinem animi quoque imbecillitatem accuſent, et propterea ſapientes liberos ab affectibus eſſe dicant, pravos autem, quum imbecilles ſint, non ſecundum communem imbecillitatem, ſed magis diffuſam, neque ſic quaeſtio ſoluta eſt; quod namque propter animi morbum affectibus infeſtantur, apud omnes in confeſſo eſt. Quomodo vero commoti animi aut commoventis, inquiritur ſane, ſed non ſubindicatur.* Inde rurſus haec itidem prodit: *Non ſolum qui magis diffluenti laborant malitia, et in lapſus*

καὶ ἐν ταῖς εὐεμπτωσίαις ὄντες ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ πάθη, ἀλλὰ πάντας οἱ ἄφρονες, ἕως ἂν ἔχωσι τὴν κακίαν, καὶ εἰς μεγάλα πάθη καὶ εἰς μικρὰ ἐμπίπτουσι. καὶ τούτων ἑξῆς τάδε· τὸ δ' ὑπολαμβάνειν, κατ' ἀξίαν εἶναι τῶν συμβεβηκότων οὕτως κεκινῆσθαι, ὥστε ἀποστρέφεσθαι τὸν λόγον, μέγα πάθος ἐμφαίνει, οὐ καλῶς ὑπολαμβάνειν ἐστί. γίνεται δὲ καὶ διὰ σύμμετρον καὶ μικρόν. ἐχόμενα δὲ τούτων ὁ Ποσειδώνιος καὶ τάδε γράφει· δυοῖν τε τὴν αὐτὴν ἀσθένειαν ἐχόντων καὶ τὴν ὁμοίαν λαμβανόντων φαντασίαν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ ὁ μὲν ἐν πάθει γίνεται, ὁ δὲ οὔ, καὶ ὁ μὲν ἧττον, ὁ δὲ μᾶλλον. [146] καὶ ἐνίοτε ὁ ἀσθενέστερος (281) μεῖζον ὑπολαμβάνων τὸ προσπεπτωκὸς οὐ κινεῖται, καὶ ὁ αὐτὸς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὅτε μὲν ἐν πάθεσι γίνεται, ἔστιν ὅτε δ' οὔ, καὶ ὅτε μὲν μᾶλλον, ὅτε δ' ἧττον. οἱ οὖν ἀήθεις μᾶλλον πάσχουσιν ἐν φόβοις, ἐν λύπαις, ἐν ἐπιθυμίαις, ἐν ἡδοναῖς, καὶ οἱ κακώτεροι συναρπάζονται ταχέως ὑπὸ τῶν παθῶν. ἐφεξῆς δὲ τούτων ὁ Ποσειδώνιος ῥήσεις τε ποιητικὰς παρατίθεται καὶ ἱστορίας παλαιῶν πράξεων μαρτυρούσας οἷς λέγει. καὶ μετὰ ταῦτα

rebrum omnium eſſe nervorum originem concedit. Fatetur igitur et ipſe, nervos duos ex cerebro prodeuntes oculorum muſculis diſtribui, ex uno craſſoque proceſſu in exiguos numeroſosque ramulos exeuntes. His adhuc magis craſſum ſubſequens par exoritur, ſed in plerasque exiguas propagines ſecatur, faciei et oris partibus diſpenſatum, quemadmodum et quod poſt ipſum. At ne tempus conteram, ſpinalis medulla propaginem de ſe mittere ipſi videtur, et eſſe tanquam caudex quidam numeroſae ſubolis nervorum inſtar ramorum ex ea procedentium. Haec itaque vera ſunt et iis, quae evidenter apparent, reſpondent. At quod exigua magnorum ſint initia, pugnat ſane etiam cum iis, quae in nervis conſpiciuntur. Semper enim in his majora minorum ſunt principia. At refragatur, ut dictum eſt, et iis, quae ſtirpes repraeſentant, et praeterea quae arteriae et cor. Impudentia enim omnino eſt aliud viſcus quoddam arteriarum principium ſtatuere, quippe apparent arteriae, priusquam ex animali ex-

Ed. Chart. V. [187.] Ed. Baf. I. (300. 301.)

κίνησιν ἀπολλύουσαι σαφῶς, ἐπειδὰν βρόχῳ διαληφθῶσι μήτι γε δὴ χωρισθεῖσαι καὶ ἐκτὸς γενόμεναι, μόνη δ᾽ ἡ καρδία πάντων τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων ἐξαιρουμένη μέχρι πλείστου διαφυλάττουσα τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, ὡς ἀρχὴ κινήσεως ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς ἀφ᾽ ἑαυτῆς· αἱ δ᾽ ἀρτηρίαι ἀποχωρισθεῖσαι αὐτῆς ἢ βρόχοις ἢ τομαῖς ἅμα τῷ πάθει καὶ τὴν κίνησιν ἀπολλύουσιν. ἀλλ᾽ εἴπερ ἀναίσχυντόν ἐστι τὰς ἀρτηρίας ἑτέρωθεν ἄρχεσθαι φάναι, τὰ μέγιστα μόρια τῶν ἀρτηριῶν ἀρχαὶ τῶν μικροτέρων γενήσονται. εὐρύταται οὖν ἁπασῶν εἰσι τοῦ ζώου ἀρτηριῶν αἱ τῆς καρδίας ἐκφυόμεναι, παχύταται δὲ καὶ τῶν νεύρων αἱ ἀρχαί, (301) καθάπερ ἐν τοῖς φυτοῖς παχύτατον μὲν τὸ πρέμνον ἁπάντων τῶν κλάδων, παχίστη δ᾽ ἡ ῥίζωσις τῶν ῥιζῶν. ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυον τὸ κάτωθεν μέρος ἀρχὴν εἶναι τοῦ φυτοῦ. καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ζῶα μεταφέρων τοὔνομα, ῥίζωσιν εἰρηκέναι τῶν μὲν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν, τῶν δὲ φλεβῶν τὸ ἧπαρ. ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς ῥιζώσεως τῶν φυτῶν

cindantur, motum perdere manifefto, funiculo interceptae, nondum tamen feparatae forasque eductae. At folum cor omnibus in animali partibus exemptum diutiffime naturalem retinet functionem, ceu initium motus tum fibi, tum iis, quae ab ipfo proficifcuntur. Arteriae autem ab eo fegregatae aut funibus aut fectionibus una cum affectu etiam motum perdunt. At fi impudens eft dicere, arterias aliunde aufpicari, maximae arteriarum partes minorum fient principia. Latiffimae igitur omnium animantis arteriarum exiftunt, quae ex corde proficifcuntur, craffiffima autem et nervorum principia, quemadmodum in ftirpibus craffiffimus fane caudex omnium ramorum, craffiffima vero ipfa radicatio omnium radicum. Nomino autem radicationem inferiorem partem, quam paulo ante indicabam ftirpis effe initium. At mihi videtur etiam Hippocrates inde ad animantia tranferens nomen radicationem dixiffe arteriarum fane cor, venarum autem jecur. Quemadmodum enim a radicatione ftirpium

αἱ ῥίζαι μὲν κάτω, τὸ δὲ στέλεχος ἄνω φύεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ μὲν τῆς καρδίας ἥ τε εἰς τὸν πνεύμονα καὶ ἡ εἰς ὅλον τὸ ζῶον, ἐκ δὲ τοῦ ἥπατος ἥ τ' εἰς τὴν κατὰ τὴν γαστέρα καὶ εἰς τὸ σύμπαν σῶμα. ῥίζαι μὲν οὖν ἐοίκασιν αἱ εἰς τὴν γαστέρα [188] καθήκουσαι φλέβες, ὡς καὶ τοῦτ' αὐτὸς Ἱπποκράτης ἔδειξε, φάμενος· ὡς γὰρ τοῖς δένδροις ἡ γῆ, οὕτω τοῖς ζώοις ἡ γαστὴρ, τὸ δ' οἷον πρέμνον ἡ κοίλη φλέψ ἐστιν, ἐκ μὲν τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκπεφυκυῖα, φερομένη δ' ἐκ τοῦ ἥπατος εὐθεῖα πρὸς ἑκάτερα τοῦ ζώου τὰ μέρη, τό τε ἄνω καὶ τὸ κάτω. εὐρύτατον μὲν οὖν αὐτῆς ἐστι τὸ κάτω τοῦ ἥπατος, ἧττον δ' εὐρὺ τὸ διὰ τῶν φρενῶν ἀνατεταμένον, ἔλαττον δὲ ἀμφοτέρων τὸ τῇ καρδίᾳ ἐμφυόμενον. καίτοι, εἴπερ εἴη ἡ καρδία τῆς κοίλης φλεβὸς, ὡς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, ἀρχὴ, μέγιστον ἂν ἦν, οἶμαι, τὸ συνεχὲς αὐτῆς μέρος.

Κεφ. δ'. Εἰ δέ τις οἴεται τῆς μὲν δυνάμεως ταῖς φλεψὶ χορηγὸν τὴν καρδίαν, τῆς δ' ὕλης τὸ ἧπαρ, ἐντεῦθεν γὰρ ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτ' εὐρυτέραν εἶναι τὴν κάτω κοίλην τῆς ἄνω, διότι πλείω μόρια τὰ κάτω τοῦ

radices quidem infra, truncus autem sursum vergit, ita ex corde tum quae in pulmonem, tum quae in totum animal dispergitur, ex jecinore autem et quae in ventrem, et quae in totum corpus diffunditur. Radicibus igitur similes sunt venae, quae ad ventrem pertinent, sicut et hoc Hippocrates ipse indicavit hisce verbis: *Ut enim arboribus terra, sic animantibus venter est*, quoniam veluti truncus cava vena existit, ex gibbis jecinoris partibus producta, verum a jecore recta ad utrasque animantis partes, superiorem et inferiorem, excurrens. Proinde latissima ipsius est quae infra jecur portio, minus autem lata, quae per septum transversum sursum tendit, harum autem utraque minor, quae cordi inseritur; quanquam, si esset cor venae cavae, sicut et magnae arteriae, initium, maxima esset, opinor, ei continua venae portio.

Cap. IV. At si quis putet, cor venis facultatem suppeditare, materiam vero jecur, (inde enim sanguis provenit,) ideoque latiorem esse inferiorem ventriculum superiori, quod plures partes inferiores jecoris existant, qui-

ἥπατός ἐστιν, οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἅπασι χορηγεῖσθαι τροφὴν, οὗτός μοι δοκεῖ δι' αὐτῶν ὧν ὑποτίθεται συγχωρεῖν ἃ μὴ βούλεται. τὸ γὰρ ἐξ ἥπατος ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὴν γεννῶσαν αἷμα δύναμιν ἐν τούτῳ τῷ σπλάγχνῳ περιέχεσθαι; εἴπερ οὖν ἕνεκα μὲν τοῦ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἡ τοῦ αἵματός ἐστι γένεσις, ἐν ἥπατι δὲ γίγνεται τὸ αἷμα, τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀρχὴ τοῦτ' ἔσται τὸ σπλάγχνον, οὐχ ἡ καρδία. τὸ γὰρ προνοούμενον ὕλης ἐπιτηδείου πρὸς θρέψιν ἅπαντι τῷ σώματι, τοῦτ' εὔλογον ἀρχὴν εἶναι τῆς θρεπτικῆς τε καὶ φυτικῆς δυνάμεως, ὥσπερ, οἶμαι, κἀν τοῖς φυτοῖς ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὃ ῥίζωσιν ἐκαλοῦμεν. ἕλκει τε γὰρ ἐφ' ἑαυτὸ διὰ παμπόλλων ῥιζῶν ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν, ἐπιπέμπει τε προκατεργασάμενον ἅπαντι τῷ φυτῷ διὰ τοῦ στελέχους. εἰ γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, ὥσπερ καὶ τῆς σφυγμικῆς, ἀρχὴν θησόμεθα τὴν καρδίαν, ἐκ τοῦ περιττοῦ τὸ ἧπαρ ἡ μηδὲν μάτην ἐργαζομένη φύσις ἐποίησεν· ἦν γὰρ δή που κατὰ τὴν καρδίαν αἱματοῦσθαι τὴν τροφήν. ἀλλ' ὡς εἰς μέγα τὸ ἔργον οἷον ὑπηρέτην τινὰ

bus neceſſarium eſt omnibus alimentum ſuppeditare, hic mihi videtur per ea, quae ſtatuit, concedere quae non vult; nam ex jecore ſanguinem irrumpere quid aliud eſt, quam facultatem in hoc viſcere contineri ſanguinis effectricem? Si igitur animantis nutriendi gratia ſanguinis eſt generatio, in jecore autem ſanguis gignitur, nutricis facultatis initium hoc viſcus, non cor, erit. Nempe quod materiem idoneam alendo toti corpori proſpicit, hoc bona ratione initium eſt facultatis et nutricis et vegetativae, quemadmodum, opinor, etiam in ſtirpibus illa pars, quam radicationem appellamus. Trahit enim ad ſe per numeroſas radices ex terra alimentum, transmittitque elaboratum prius toti ſtirpi per truncum. Si namque ejusdem facultatis, quemadmodum et pulſatoriae, initium cor ſtatuerimus, ex ſuperfluo jecur natura, quae nihil fruſtra operatur, fabricata eſt; quippe licebat in corde alimentum ſanguinis naturam induere. Verum ceu in magnum opus miniſtri cujusdam inſtar jecur natura cordi

τὸ ἧπαρ ἡ φύσις τῇ καρδίᾳ παρεστήσατο προπαρασκευάσοντα τὴν ὕλην αὐτῇ, καθάπερ ἡ γαστὴρ ἐκείνῳ. πιθανὸς μὲν ὁ λόγος, οὐ μὴν ἀληθής γε. φαίνεται γὰρ οὐχ ὡς ὑπηρέτης ἡγουμένῳ προπαρασκευάζων ἐπιτήδειον ὕλην τὸ ἧπαρ, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ ἡγούμενος ἐξουσίαν ἔχων τοῦ διανέμειν αὐτήν. ἐναργῆ δὲ παραδείγματα κατ' αὐτὸ τοῦ ζώου τὸ σῶμα πάρεστι θεάσασθαι. πάντα γοῦν, ὅσα προπαρασκευάζει τὰς ὕλας ἑτέροις, ἐκείνοις αὐτὰς ἀκεραίους φυλάττει, καὶ οὔτ' ἐκ πνεύμονος ἄλλη τις ὁδὸς ἑτέρωσε τέτμηται, πλὴν μιᾶς τῆς εἰς τὴν καρδίαν, οὔτ' ἐκ κοιλίας τε καὶ ἐντέρων ἑτέρωσε, πλὴν εἰς ἧπαρ, οὔτ' ἐκ τοῦ δικτυοειδοῦς πλέγματος ἑτέρωσε, πλὴν εἰς ἐγκέφαλον, οὔτ' ἐκ τῶν τὸ σπέρμα προπαρασκευαζόντων ἀγγείων εἰς ἄλλο τι, πλὴν τῶν ὄρχεων. οὕτω δὲ καὶ οἱ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι πάντες εἰς ἓν ἀγγεῖον ἀποφέρονται, τὴν συνημμένην δηλονότι ἥπατι κύστιν, ἐντεῦθέν τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσιν, καθάπερ οἱ νεφροὶ τὸ οὖρον, εἰς τὴν μίαν δηλονότι κύστιν. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἧπαρ, εἴπερ τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα

adjunxit, qui alimentum prius ipsi praepararet, quemadmodum ventriculus jecori. Probabilis quidem sermo est, non tamen verus. Siquidem apparet, jecur non tanquam minister domino materiam praeparare, sed veluti ipse dominus potestatem habens ipsum distribuendi. Porro evidentia exempla in ipso animantis corpore licet conspicari. Omnia igitur, quae materias aliis praeparant, illis easdem integras tuentur, ac neque ex pulmone alia quaedam via alibi secta est praeter unam in cor pertinentem, neque ex ventriculo et intestinis alio praeterquam in jecur, neque ex plexu retiformi alio quam in cerebrum, neque ex vasis semen praeparantibus in aliud quoddam praeterquam testes. Ita vero meatus omnes biliosum humorem congregantes in unum vas deferuntur, nempe vesicam jecori proximam; inde in jejunum intestinum illum mittunt, quemadmodum renes urinam in unam nimirum vesicam propellunt. Neque igitur jecur, si, ut

προπαρασκευάσον ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο, διανέμειν αὐτὸ τῇ παρασκευῇ ἡμίεργον ἐπιστεύθη ἄν. οὔτε γὰρ ὑπηρέτου τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' ἡγεμόνος καὶ ἄρχοντος, οὔθ' ὕλης ἐλλιπῶς παρεσκευασμένης τὸ πάθος· ὑπηρέτου γάρ ἐστι τὸ παρασκευάζειν μόνον, ὕλης τ' ἐλλι[189]ποῦς ἐστι τὸ μὴ διανέμεσθαι. καὶ μὴν οὔθ' ὡς ὑπηρέτης τὸ ἧπαρ, ἀλλ' ὡς ἄρχων, οὔθ' ὡς ὕλην ἐλλιπῆ τὸ αἷμα διανέμειν πεπίστευται. πάντα γὰρ ὅσα κάτω τοῦ διαφράγματός ἐστι τοῦ ζώου μόρια παρ' ἥπατος ἀναμφισβητήτως ἔχει τὸ αἷμα, καίτοι πλείω τῶν ἡμίσεών ἐστι. μᾶλλον δ' ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ διάφραγμα, καὶ ὁ περικάρδιος ὑμὴν ἅμα τοῖς ἄλλοις ὑμέσι τοῖς πλησίον, ὅσοι τε διαφράττουσι τὸν θώρακα, καὶ ὅσοι περιαλείφουσι τὸν πνεύμονα, τὴν τροφὴν ἐκ τῆς κοίλης ἔχει, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, διδαχθῶμεν, ὑπὸ τῆς ἀνατομῆς εἰσόμεθα τὰ πλείω τῶν τοῦ ζώου μορίων ἐξ ἥπατος τρεφόμενα προφανῶς τε καὶ ἀναμφισβητήτως. ἐπιδειχθήσεται μὲν γὰρ ὀλίγον ὕστερον, ὅτι καὶ τὸ ἄνω τῆς καρδίας ἅπαν ἐξ ἥπατος ἔχει τὴν τροφήν. ἀλλὰ τό γ'

cordi fanguinem praepararet, a natura creatum eft, diftribuere ipfum femielaboratum credetur; neque enim miniftri tale opus, fed ducis et praefecti, neque materiae non fatis elaboratae affectus, quippe miniftri eft folum praeparare, materiae imperfectae eft non diftribui. Atqui neque ut minifter jecur, fed ut dominus, neque ut materiam imperfectam, fed fanguinem diftribuere creditum eft. Omnes enim quae infra feptum transverfum animantis funt partes a jecore citra controverfiam fanguinem obtinent, etfi plures dimidia ipfarum parte exiftant. Clarius autem, fi et ipfum feptum transverfum et membranam cor integentem una cum aliis membranis viciniis, tum quae thoracem interfepiunt, tum quae pulmonem ambiunt, alimentum haurire ex cava vena, priusquam ad cor perveniat, a diffectione edocti fuerimus, fciemus, plures animalis partes ex jecore nutriri, et palam, et fine controverfia. Oftendetur enim paulo poft, et fuperiorem cordis portionem totam ex jecore alimentum recipere. Sed

ἀναμφισβήτητον ἤδη λαμβανέσθω τὸ τὰ κάτω τῆς καρδίας ἐξ ἐκείνου τρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θώρακος ὅλα τὰ κάτω μέρη. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς φαινόμενα, καὶ πρῶτόν γε καὶ μέγιστον ἡ κάθαρσις τῶν περιττωμάτων τοῦ αἵματος. ὡς γὰρ συμπεπληρωμένῃ τῇ τοῦ χυμοῦ γενέσει καὶ τὸ προσῆκον εἶδος ἐχούσῃ παρεσκεύασεν ἡ φύσις ὄργανα καθαρτικὰ τῶν περιττωμάτων, νεφροὺς καὶ σπλῆνα καὶ τὴν χοληδόχον κύστιν. οὐδ' ἔστιν ἄλλο τέταρτον οὐδ' ἐπινοῆσαι περίττωμα τροφῆς ἢ ὕλης ἡστινοσοῦν ὑπὸ θερμοῦ μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τρία τὸν ἀριθμόν ἐστι. τουτὶ γὰρ δέδεικταί μοι δι' ἑτέρων ἤδη πραγματειῶν, αὖθίς τε δειχθήσεται κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ πραγματείαν. νυνὶ δ' εἴρηται μὲν, ὡς μηδὲν τῶν ἀληθῶν παραλείποιτο, τῆς δ' ἐξ αὐτοῦ πίστεως οὐδὲν δεῖ τοῖς παροῦσιν. ὁμολογεῖται γὰρ ἥ τε τῶν νεφρῶν ἐνέργεια καὶ ἡ τῆς χοληδόχου κύστεως ἐκκαθαίρειν τὸ αἷμα. κατὰ δὲ τὴν καρδίαν οὔτ' ἄλλο τι καθαρτικὸν ὄργανον ἡ φύσις ἐποίησεν,

indubitatum jam sit, inferiorem cordis regionem ex illo nutriri, imo et ipsius thoracis inferiores omnes partes. Attestatur huic sermoni etiam inter alia universa, quae in anatomis apparent, primum et maximum, nempe excrementorum sanguinis expurgatio. Tanquam enim absolutae humoris generationi et congruam speciem obtinenti recrementorum instrumenta purgantia natura fabricata est, renes, lienem, vesicam bilis receptricem, neque licet quartum aliud alimenti excrementum ne cogitare quidem, vel materiae qualiscunque a calore mutatae, verum plurimum tria numero sunt, id quod in aliis jam operibus ostensum est, rursusque ostendetur in praesenti commentario sermonis processu. Nunc autem dictum est, ut nihil veri relinquatur; verum praesentia fidem ex illo non requirunt; quippe constat, quod renum et fellis vesicae functio est sanguinem expurgare. In corde neque aliud quoddam purgans instrumentum natura fecit, neque

οὔτ' ἄλλον ἐργάζεται χυμόν. ὅμοιον γάρ τό τ' ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ τῆς καρδίας αἷμα καὶ τὸ κατὰ πάσας τὰς φλέβας ὅλῳ τῷ ζώῳ, καθάπερ γε καὶ τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἁπάσας ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν. τουτὶ μὲν οὖν ὡς τὰ πολλὰ λεπτότερόν τ' ἐστὶ καὶ ξανθότερον, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τἀναντία, παχύτερόν τε καὶ μελάντερον, ἀεὶ μέντοι θερμότερον αὐτό ἐστι. τὸ δὲ κατὰ τὴν δεξιὰν κοιλίαν αἷμα τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἔχει τῷ τ' ἄλλῳ παντὶ καὶ τῷ κατὰ τὸ ἧπαρ, ὡς ἂν οὐδὲν ἐξαίρετον ἐπικτώμενον ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ. μεγίστη δὲ πίστις, ὡς οὐ προπαρασκευάζει τῇ καρδίᾳ τὸ ἧπαρ οὐδένα χυμὸν εἰς τροφὴν τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἀλλ' αὐτὸ συμπληροῖ τὴν σύμπασαν ἰδέαν αὐτοῦ, τὸ μίαν εἶναι φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἐκφυομένην, ἑτέραν δὲ μηκέτι ἀντεκφύεσθαι κατ' ἄλλο μέρος αὐτῶν, εἰς ὅλον ἅπαξ φέρουσαν τὸ σῶμα τὸν κατεργασθέντα χυμόν, καίτοι γ' ἄλλης μὲν εἰσαγούσης ἀρτηρίας, ἄλλης δ' ἐξαγούσης τὸ πνεῦμα. φαίνεται γὰρ ἡ φύσις οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀγγείοις χρωμένη πρός τε τὰς

alium machinata est humorem; similis namque sanguis est et qui in dextro cordis sinu, et qui in omnibus venis per totum animal continetur, quemadmodum et qui in arteriis universis habetur, ei respondet, qui in sinistro sinu existit. Hic itaque plerumque tenuior est et flavior, nonnunquam e contrario crassior et nigrior, semper vero calidior ipse est. At qui in dextro sinu continetur sanguis, eandem speciem habet, quam omnis alius, et is qui in jecore habetur, tanquam nihil singulare ac eximium in dextro sinu acquirat. Maxima autem fides, jecur nullum humorem in animalis partium nutritionem cordi praeparare, sed ipsum universam ejus speciem absolvere, quod una sit vena, quae ex jecore aut corde procedat, altera vero non item contra enascatur ex alia ipsorum parte, quae elaboratum humorem in totum corpus deducat, etsi alia quidem arteria introducat, alia educat spiritum. Videtur enim natura non eisdem uti vasis et

ἡμιεργά(302)στους ὕλας καὶ πρὸς τὰς τελέως κατειργασμένας, οὐδὲ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς. οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἐστιν ἅμα τε τὸ ἡμίπεπτον ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀναπέμπεσθαι τροφὴν, ἅμα δὲ τὴν ἤδη κατειργασμένην διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καταφέρεσθαι, ἀλλ' ἦν ἂν πάντως ἑτέρα μὲν φλὲψ ἡ εἰσάγουσα τὴν ἡμίπεπτον, ἑτέρα δὲ ἡ τὴν ἀκριβῶς κατειργασμένην ἐξάγουσα. νυνὶ δ' εἰσάγει μέν τις, ἐξάγει δ' οὐδεμία πλὴν τῆς εἰς πνεύμονα, περὶ ἧς αὖ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἐπισκεψόμεθα, τὴν αἰτίαν ἐρευνῶντες, ἧς ἕνεκεν ἐκ τῆς καρδίας, οὐκ ἐκ τῆς κοίλης, ἐξέφυσεν ἡ φύσις εἰς τὸν πνεύμονα τὴν θρέψουσαν τὸ σπλάγχνον φλέβα.

Κεφ. ε'. [190] Δεῖται δὲ μάλιστα, εἴπερ τις ἄλλος λόγος, καὶ ὁ νῦν ἡμῖν προκείμενος αὐτοῦ τοῦ φαινομένου κατὰ τὰς ἀνατομάς. οὐ μόνον γὰρ οὐδεμία φαίνεται φλὲψ ἐκ καρδίας εἰς τὰ κάτω μόρια φερομένη, πλὴν τῆς ἐξ ἥπατος ἀναφερούσης τὸ αἷμα, ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸ ἄνω καρδίας ἀφικνεῖται φλὲψ οὐδεμία. φαίνεται γὰρ ἡ κοίλη φλὲψ ἀπὸ τοῦ ἥπατος εὐθὺ τῶν σφαγῶν ἀναφερομένη, καὶ ταύτης

ad femielaboratas materias et omnino confectas, imo ne eisdem quidem viis. Neque enim fieri poteft, ut fimul femicoctum alimentum ex jecore in cor difpenfetur, fimul jam elaboratum per eandem viam deferatur, verum effet omnino alia quidem vena, quae femicoctum inveheret, alia, quae exacte elaboratum educeret; nunc autem invehit quidem aliqua, nulla autem deducit praeter eam, quae in pulmonem pergit, de qua uberius in libris de ufu partium confiderabimus, caufam indagantes, cur ex corde, non ex cava vena natura in pulmonem inferuit aliam venam, quae vifcus enutriat.

Cap. V. Requirit autem maxime, fi quis alius fermo, certe hic nobis propofitus id, quod in diffectionibus apparet. Non folum enim nulla vena apparet, quae ex corde in inferiores partes deferatur, praeterquam quae ex jecore fanguinem furfum educit, imo neque in fuperiorem cordis regionem vena ulla pervenit, quoniam cava vena a jecore recta ad jugulum emergit, atque hujus

ἀποβλάστημά τι τὸ εἰς τὴν καρδίαν ἐμφυόμενον, οὐκ ἐξ ἐκείνης αὐτή. γνώρισμα δ' ἐναργέστατόν ἐστι τὸ κατὰ μὲν ἀρτηρίαν τὴν μεγάλην τὸ θεωρούμενον, ἄν τινα βουλοίμην οὕτως ἐπὶ τὴν κοίλην ἔρχεσθαι φλέβα. μία γὰρ ἀρτηρία μεγίστη τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφύσασα, σαφῆ σχίσιν εἰς ἀμφοτέρας ποιεῖται τὰς ἀρτηρίας, ἥν τε ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἥν τ' ἐπὶ τὴν ῥάχιν ὁρῶμεν καταφερομένην. οὕτως δ' οὖν ἐχρῆν καὶ τὴν ἐκ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἐκφυομένην φλέβα σαφῆ τὴν νομὴν ἴσχειν εἰς ἄμφω τὰ μέρη. φαίνεται δ' οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀναφερομένης ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀποσχίζεται. πῶς οὖν ἔτι δυνατὸν ἐστι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας ὑπολαβεῖν εἶναι φλεβῶν ἀρχὴν, ὥσπερ τὴν ἀριστερὰν ἀρτηριῶν; ἐπὶ γὰρ ἀνομοίοις γνωρίσμασιν ἀνόμοιον εἶναι χρὴ καὶ τὴν ἔνδειξιν. εἰ δέ τῳ δοκεῖ μικρὸν εἶναι τὸ τῆς ἐκφύσεως τῶν ἀγγείων γνώρισμα, καίτοι γ' οὐκ ὄντος μικροῦ, ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶδ' ὅτι οὐ σμικρὸν εἶναί φησι, τὸ πολλὰ τῶν ζώων οὐκ ἔχειν τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. καίτοι γ' οὐκ ἐνδέχεται τὴν κοίλην φλέβα

ramus quidam eft ille, qui cordi inferitur, et ex illo ipfa non oritur. At nota evidentiffima eft, quae in grandi arteria confpicitur. Hanc quum viderit aliquis, velim fic ad cavam venam pergeret; una namque arteria maxima ex finiftro cordis finu procedens manifefto in utrasque divaricatur arterias, tum eam, quam furfum ad caput, tum eam, quam ad fpinam deferri videmus. Ita igitur conveniebat et venam, quae ex dextro finu enafcitur, manifefto in utrasque partes propagari. Verum non ita apparet, fed ab ea, quae furfum tendit ex jecore in cor, diftribuitur. Quomodo igitur adhuc dextrum cordis ventriculum venarum effe principium, quemadmodum finifteriorem arteriarum, opinari quis poterit? nam in diffimilibus notis diffimilem effe indicationem oportet. At fi alicui videatur exigua effe proceffus vaforum nota, quamvis exigua non fit, certe illam, fat fcio, non exiguam effe dicet, quod multa animalium dextro cordis finu careant; proindeque exiftimari non poteft, cavam venam ex hoc pro-

τῆς κοιλίας ταύτης ἐκφύεσθαι νομίζειν, ὅταν ἐν παμπόλλοις γένεσι ζώων ἧπαρ μὲν ὑπάρχῃ καὶ κοίλη φλὲψ, ἡ κοιλία δ᾽ ἡ δεξιὰ μηδ᾽ ὅλως ᾖ. τίνα τοίνυν ἐστὶ καὶ πόσα τὰ γένη τῶν ζώων, ἐν οἷς φημι τὴν δεξιὰν οὐκ εἶναι τῆς καρδίας κοιλίαν; ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἔχω διελθεῖν αὐτά, κοινὸν δ᾽ ἐφ᾽ ἅπασι κεφάλαιον εὗρον ἀνατεμών. πολλὰ ἀσύμβατα μὲν εἰς ἕτερα, πρόσεστι δὲ ἓν αὐτοῖς ἐξαίρετον, ὅπερ οὐχ ἅπασι τυγχάνει τοῖς ἐνύδροις, τὸ μήτ᾽ ἀναπνεῖν ἐξ ἀέρος, μήτ᾽ ἔχειν πνεύμονα. τουτὶ γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ πάντα γένη τῶν ζώων παρεφυλάξατο, συναπόλλυσθαί τε καὶ συγγεννᾶσθαι τῷ πνεύμονι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. ἐζήτησα δὲ χρόνῳ παμπόλλῳ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶν, καὶ γέγραπται τὰ φανένθ᾽ ἡμῖν εὔλογα κατὰ τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν. ἐμπίδας μὲν οὖν καὶ μυίας, καὶ σκώληκας, καὶ μελίττας, καὶ μύρμηκας οὔτ᾽ ἀνέτεμον οὔτ᾽ ἀνατεμεῖν ἐπιχειρήσαιμι ἄν. ὅπου γὰρ κἀν τοῖς μεγάλοις ζώοις εὑρίσκω πολλὰ σφαλλομένους τοὺς ἀνατεμόντας, εὔλογον δήπου κατὰ τὰ σμικρότερα μᾶλλον σφαλῆναι.

cedere ventriculo, quum in permultis animalium generibus jecur quidem exiſtat et cava vena, ſinus autem dexter nequaquam. Quae igitur ſint et quot animantium genera, in quibus dextrum non eſſe cordis ſinum affirmem, quum numero ea perſequi nequeam, commune in ipſis caput inveni, diſſectis multis varii generis animalibus. Ineſt autem ipſis eximium, quod non omnibus contingit aquatilibus, puta non reſpirare ex aere, neque habere pulmonem. Hoc enim hucusque in omnibus animantium generibus obſervavi, dextrum cordis ſinum ſimul cum pulmone et perire et generari. Porro disquiſivi longo tempore etiam ipſorum cauſam, ac ſcripſi, quae mihi viſa ſunt conſentanea, in opere de uſu partium. Culices igitur, et muſcas, et lumbricos, et apes, et formicas neque diſſecui neque diſſecare aggrederer. Quum enim in grandibus animalibus multos diſſectorum errores inveniam, conſentaneum eſt ſcilicet in minoribus magis eos aberraſſe.

τῶν γοῦν ἀνατμηθέντων ὑπ' ἐμοῦ μέχρι γε τοῦ δεῦρο σχεδὸν οὐκ ἔστιν ὅτῳ μὴ καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ὑπάρχει, καὶ κοίλη φλὲψ, καὶ ἀρτηρία ἡ μεγάλη. καὶ φαίνεται, καθάπερ ἡ ἀρτηρία τῆς καρδίας, οὕτως ἡ φλὲψ τοῦ ἥπατος ἐκφυομένη διὰ παντὸς, κἂν μηδ' ὅλως ἔχῃ δεξιὰν ἡ καρδία κοιλίαν. καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται σχιζομένη μετὰ τὸ διελθεῖν τὰς φρένας ὑποκάτω τῆς καρδίας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅταν ἐγγὺς ἥκῃ τῶν σφαγῶν. ἐν ἑτέροις δὲ ζώοις οὐκ ὀλίγοις ἐστὶ μὲν δεξιὰ κοιλία, φαίνεται δ' οὐδὲν ἧττον ἡ κοίλη φλὲψ εἰς μεγάλα δύο σχιζομένη, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐξικέσθαι. καὶ τοῦτο πᾶσι [191] μὲν ὑπάρχει σχεδὸν τοῖς πτηνοῖς, ἅπασί τε τοῖς ἕρπουσι, καὶ τῶν βαδιζόντων οὐκ ὀλίγοις. ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ζώων τὴν κοίλην φλέβα προφανῶς ἐξ ἥπατος ἔχει ἀρχομένην. ἐναργῶς γὰρ ὁρᾶται διπλάσιον εὐρὺ τὸ ἐξ ἐκείνου τοῦ σπλάγχνου φυόμενον ἀγγεῖον ἑκατέρων τῶν τμημάτων, ὡς ἅμα δίχα τῆς κοίλης ἐνταῦθα σχισθείσης. εἰ δὲ εὐρύτερόν ποτε θάτερον ἐπί τινος ζώου φαίνοιτο θατέρου τμήματος, ἀλλὰ συναμφότερά γε τῇ κοίλῃ φλεβὶ προφανῶς

Sane nullum fuit eorum, quae ego in hunc usque diem diffecui, in quo non esset cor, jecur, cava vena et magna arteria; ac apparet, quemadmodum arteria ex corde, sic vena ex jecinore perpetuo oriri, etsi neutiquam dextrum cor ventriculum habeat, eoque videtur in ramos scissa, ubi septum transversum subter cor permeaverit, sicuti in aliis, quum propter jugulum venerit. In aliis animantibus non paucis est quidem dexter ventriculus, verum nihilominus cava vena in magnos duos ramos diffindi apparet, priusquam ad cor pervenerit; atque hoc prope omnibus volatilibus inest, omnibusque serpentibus, atque pedestrium non paucis. Quare plurima animantia cavam venam manifesto ex jecore habent exorientem, quippe evidenter apparet utriusque propaginis duplo latum vas, quod ex illo viscere procedit, tanquam simul bifariam cava vena inibi divaricata. Quod si latior quandoque altera propago altera in animali quodam appareat, ambae tamen simul cavae venae palam sunt aequa-

ἐστιν ἴσα, μονονοὺ μετὰ φωνῆς ἑρμηνεύοντα, τὴν μὲν οἷόν τι πρέμνον ὑπάρχειν, αὐτὰ δ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνης γεγενῆσθαι σχισθείσης οἷόν περ κλάδους τινὰς ἢ καὶ κλῶνας. οὐ μόνον δ᾽ ἡ κοίλη φλὲψ ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκπέφυκεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν σιμῶν ἑτέρα φλὲψ, ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ πύλαις· οὐ γὰρ δὴ ὅλην γε τὴν φλέβα πύλας ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ ὅσον πρῶτον αὐτῆς ἐξίσχει τοῦ ἥπατος, ὅπερ καὶ πάντων εὐρύτατόν ἐστιν. ἀπ᾽ αὐτοῦ γὰρ εἰς ἄμφω τὰ μέρη κατασχίζεται τὸ ἀγγεῖον, εἴς τε τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἅπαντα καὶ εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, τὸ καλούμενον ἐπίπλοον. τῶν γὰρ ἐν τούτοις ἅπασι φλεβῶν παμπόλλων οὐσῶν οὐδεμία συνεχής ἐστι τῇ καρδίᾳ. καί τις ἀκούσας τοῦτο τῶν ἀλήθειαν τιμώντων ἀπεθαύμαζέ τε καὶ ἠπίστει τῷ λόγῳ, καὶ δειχθῆναί οἱ τὸ λεγόμενον ἠξίου, καὶ ὡς εἶδε, μεγάλως κατεγίνωσκε τῶν ἀποφηναμένων, ἀρχὴν εἶναι φλεβῶν τὴν καρδίαν. ὥσπερ γὰρ, εἰ μίαν ἡντιναοῦν ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ φλέβα κεχωρισμένην εἰς τοσοῦτον εὑρίσκομεν, ὡς μήτ᾽ αὐτῷ συνάπτειν τῷ ἥπατι μήτε τινὶ τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ

les, tantum non voce declarantes, hanc venam veluti caudicem quendam eſſe, ipſas vero ab ea diſciſſas naſci tanquam ramos quosdam, aut etiam ſurculos. At non ſolum cava vena ex gibbis jecoris partibus proceſſit, verum etiam ex cavis altera vena, quam alii portas jecoris appellant, alii portis vicinam. Non enim totam venam portas eſſe, ſed quantum prima ipſius portio ex jecore emergit, quae etiam omnium latiſſima eſt; nam ab ipſa vas in ambas partes diſpenſatur, tum in cavas jecoris partes omnes, tum in ventris partes et omentum nuncupatum. Venarum, quae plurimae in his omnibus exiſtunt, nulla cordi eſt continua; quod quum aliquis veritatis ſtudioſus audiviſſet, admirabatur, et ſermoni fidem non adhibebat, volebatque id, quod dicitur, ſibi demonſtrari, ac poſtquam vidiſſet, damnabat vehementer eos, qui cor venarum eſſe principium pronunciarunt. Quemadmodum, ſi unam quamlibet in toto animante venam ſegregatam adeo invenerimus, ut neque ipſi conjungatur jecori, neque alicui venarum ab eo pro-

φλεβῶν, οὐκ ἂν ἀπεφηνάμεθα, τῆς φλεβὸς ἐκείνης ἀρχὴν εἶναι τὸ ἧπαρ, οὕτως, ἐπειδὴ νῦν οὐ μίαν οὐδὲ δύο μόνας, ἀλλ' ἀνάριθμόν τι πλῆθος εὑρίσκομεν, οὐδεμίαν ἐχούσας τῇ καρδίᾳ συνέχειαν, οὐκ ἄν, οἶμαι, φαίημεν, ἐκείνων τῶν φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι τὴν καρδίαν. εὐλόγως οὖν εἴρηται ῥίζωσις τῶν φλεβῶν εἶναι τὸ ἧπαρ, τῶν ἀρτηριῶν ἡ καρδία, τοῦ δένδρου ὃ καὶ χώρα τοῦ καταβληθέντος σπέρματος. ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τοῦ παντός ἐστιν, οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς νῦν διοικήσεως. ὅτι δὲ τὸ φαινόμενον αὐτὸ διὰ τῆς ἀνατομῆς βιάζεται καὶ τοὺς τἀναντία δοξάζοντας ἄκοντας ὁμολογεῖν τἀληθές, ἐκ τοῦδε ἂν μάλιστα μάθοις. οὐδεὶς τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὸ γράφειν ἀφικόμενος ἀνατομὴν φλεβῶν ἑτέραν ἀρχὴν διδασκαλίας ἐπιτήδειον ἠδυνήθη ποιήσασθαι παρελὼν τὸ ἧπαρ. ἀλλ' εἴτ' ἀπορεῖν ὑπὲρ ἀρχῆς ἔφησεν, ὡς Ἡρόφιλος, εἴτ' εὐπορεῖν, ὡς ἄλλοι πολλοὶ καὶ ὁ ἡμέτερος Πέλοψ, ὅμως τήν γε διδασκαλίαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐφ' ἥπατος ἐποιήσαντο. καὶ τό γε θαυμασιώτατόν

cedentium, non pronunciaremus, venae illius primordium esse jecur, ita, quoniam nunc non unam, neque duas solum, sed innumerabilem quandam multitudinem inveniamus nullam cum corde habere continuitatem, non, opinor, dixerimus, illarum venarum cor esse principium. Merito igitur dicta est radicatio venarum esse jecur, arteriarum cor, arboris ea pars, quae regioni, in qua semen projectum fuerit, respondet. In omnibus enim his radicatio totius est principium non primariae generationis tantum, sed etiam praesentis dispensationis. Quod autem id ipsum, quod in anatome apparet, cogit etiam contraria opinantes invitos verum fateri, hinc potissimum disces. Nullus anatomicorum, quum dissectionem venarum scribere aggrederetur, aliud initium disciplinae idoneum potuit facere, jecore praetermisso, verum sive dubitare de principio se dixit, ut Herophilus, sive cognitionem ipsius habere, ut alii multi et noster Pelops, tamen disciplinam fere omnes de jecore instituerunt. Ac maxime mirabile et incre-

τε καὶ ἀπιστότατον ὁ Πέλοψ ἔπαθεν. ἐν μιᾷ πραγματείᾳ τῶν τε φλεβῶν ἀρχὴν κατεσκεύασε τὸν ἐγκέφαλον, ἀνατομήν τε γράφων αὐτῶν ἀφ᾽ ἥπατος ἤρξατο, κατὰ μὲν τὸ δεύτερον σύγγραμμα τῶν Ἱπποκρατείων εἰσαγωγῶν εὖ μάλα γενναίως ἀγωνισάμενος ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ νεύρων μόνον, ἀλλὰ καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀρχὴν, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς ἀνατομῆς τῶν φλεβῶν ἀφ᾽ ἥπατος ἀρξάμενος, (303) ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ἀνατομικοὶ εἶναι γράφουσι, πρὸς γὰρ τὴν διδασκαλίαν ἐπιτήδες τουτὶ τὸ σπλάγχνον ἀρχὴν γενέσθαι τῷ λόγῳ. θαυμάζω δ᾽ αὐτῶν, εἰ χωρὶς αἰτίας φυσικῆς ἐπιτήδειον εἶναι νομίζουσι πρὸς τὴν διδασκαλίαν αὐτό. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδα καὶ τοῦθ᾽ ἕν τι τῶν ὡμολογημένων ἅπασιν, ὡς οὐδὲν τῶν γεγονότων τε καὶ γινομένων ἀναίτιόν ἐστιν. [192] εἰ μὲν οὖν ἀπορεῖν ὁμολογοῦσιν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδήλων ὁμοίως τοῖς ἐμπειρικοῖς, οὐδ᾽ ἂν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς εἴη τις λόγος, οὔτε γὰρ ἀρχὴν αὐτῶν ζητήσουσιν, οὔθ᾽ ὅμως ἀνατεμοῦσιν. εἰ δὲ λόγον ἔχειν φασὶν, ἐξ οὗ τὰ διαφεύγοντα τὴν αἴσθησιν

dibile quid Pelopi accidit, qui in uno opere venarum principium cerebrum astruxit, dissectionemque ipsarum scribens a jecore incepit, in secundo quidem commentario Hippocraticarum introductionum admodum strenue certans, ut cerebrum non modo nervorum, sed etiam venarum et arteriarum principium ostendat, in tertio autem dissectionis venarum a jecore auspicatus, quemadmodum et alii prope omnes anatomici convenienter scribunt, nam ad disciplinam hoc viscus initium fieri putant sermoni. Miror autem ipsos, si citra causam naturalem idoneum ipsum ad disciplinam esse arbitrantur. Ego etenim novi et hoc unum inter ea, quae omnibus in confesso sunt, nempe nihil eorum, quae facta sunt et quae fiunt, causae esse expers. Quod si igitur dubitare se fatentur de omnibus occultis similiter empiricis, neque mihi adversus eos disputatio quaedam erit, ut qui nec initium ipsorum inquirant, neque similiter dissecent. At si rationem se habere affirment, ex qua ea, quae sensum

εὑρίσκουσιν, τί οὐκ αὐτοῦ τούτου πρῶτου οὗ λέγουσιν ἐπεσκέψαντο τὴν αἰτίαν, ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλεβῶν ἀνατομῆς ἀρχὴ τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ ἀναιτίως, ὦ σοφώτατοι; ἢ ὅτι πάντως τῇ φύσει πλεονεκτεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχὴν ἐπιτηδειότερόν ἐστι, τίς ἡ πλεονεξία ζητῆσαι δίκαιον, οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ῥαθύμως ὑπερβῆναι. τὴν δ᾽ ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως αὐτὸ τοῦτο οἶμαι παρέξειν, ὃ πρὸς ἁπάντων ὡμολόγηται τῶν ἀνατομικῶν ἐπιτήδειον εἶναι φασκόντων αὐτὸ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχήν. εἰ γὰρ καὶ μηδενὸς ἄλλου τούτου αὐτοῦ τὸν λόγον ἡμῖν ἀποδοῦναι δυνήσονται τοῦ φάσκειν, ἐπιτήδειον εἰς ἀρχὴν διδασκαλίας ἐστίν, οὔθ᾽ ὅτι τὴν χρόαν ἐρυθρόν ἐστιν, οὔθ᾽ ὅτι διείληπται λοβοῖς, οὔθ᾽ ὅτι καθ᾽ ἑνὸς αὐτῶν ἐπιτέταται τὸ τῆς χολῆς ἀγγεῖον, οὔτε δι᾽ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ ὅτι πᾶσαι συνεχεῖς αἱ φλέβες ὑπάρχουσιν αὐτῷ. καὶ μὴν οὔτ᾽ ἄλλου τινός ἐστι τοῦτ᾽ αὐτὸ γνώρισμα πλὴν τῆς ἀρχῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δι᾽ ἄλλο τι νεύρων ἀνατομῆς ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέραν ἀρχὴν ποιήσασθαι δι-

ſubterfugiunt, inveniant: cur non hujus ipſius primum quod dicunt, cauſam inſpexerunt; idoneumne eſt ad diſciplinam, a jecore venarum diſſectionem in ſermone incepiſſe ſine cauſa, o viri ſapientiſſimi? An quoniam omnino natura aliis excellit ad diſciplinae initium accommodatius eſt? Quae autem ſit illius eminentia, inquirere aequum eſt, non otioſe neque ſegniter praeterire. Porro initium inventionis id ipſum puto exhibiturum, quod ab omnibus confeſſum eſt anatomicis, qui affirmant, ipſum ad diſciplinae initium eſſe accommodum. Etſi enim nullius alterius, hujus ſaltem rationem nobis poterunt reddere, cur dicant, idoneum ad diſciplinae initium exiſtere, neque quod colore rubrum eſt, neque quod fibris comprehenſum, neque quod in una ipſarum fellis vas exporrectum eſt, neque propter hujusmodi aliud ullum, ſed quia omnes ei continuae venae exiſtunt. Atqui neque alterius cujusquam haec ipſa nota eſt praeterquam initii; neque enim propter aliud quippiam nervorum diſſectionis alte-

δασκαλίας ἐγκέφαλον ὑπερβάντα, ἢ ὅτι ἀρχὴ τούτων ἐστί. τούτου γὰρ μὴ διδομένου οὐκ ἂν δύναιτό τις ἄλλην ἐξευρεῖν αἰτίαν, οὐδὲ διότι τῶν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν. ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀρχὴ κατασταθεῖσα καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀφ' ἑαυτῆς ἀναγκάζει ποιήσασθαι. οὐδὲ γὰρ, εἴ τις ἐθελήσειεν ὕδατος ἐξηγήσασθαι διανομὴν ἐπεισάκτου πόλει, τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως οὐκ ἂν ἄλλοθεν εὕροι ποιήσασθαι παρελθὼν τὴν πρώτην εἴσοδον, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τούτῳ προειπόντι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῆς πόλεως, οὗ εἴσω πρότερον ἔξωθεν ἀφικνεῖται τὸ ὕδωρ, ἀπ' ἐκείνου ποιήσασθαι τὴν ἑξῆς ἅπασαν διήγησιν. ὥστ' οὐ χρὴ ζητεῖν ἄλλην μὲν ἀρχὴν τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἄλλην δὲ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ἡ διδασκαλία γιγνομένη τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ διδασκομένῳ τὴν ἀρχὴν, οὐδ' ἔστιν ὀρθῶς διηγήσασθαι βουλομένῳ ἢ γένεσιν τῶν γεγονότων ἢ διοίκησιν τῶν διοικουμένων ἑτέραν ἀρχὴν ἐπιτηδειοτέραν εὑρεῖν τῆς ἀληθοῦς. ἡ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας γένεσις ἀναγκάσει πρῶτον μνημονεῦσαι τῶν θεμελίων, ἡ δὲ τῆς νεὼς

rum difciplinae initium facere licet cerebro praetermiffo, quam quia initium horum exiftat. Hoc enim non conceffo, nemo aliam poterit invenire caufam, neque propter quid arteriarum diffectionis cor; nam initium a natura conftitutum etiam difciplinam a fe ipfo cogit fieri; neque enim, fi quis aquae diftributionem, quae in civitatem introducitur, volet exponere, initium narrationis aliunde poterit facere, primo ingreffu praetermiffo, fed neceffitas omnis cogit hunc, regionem illam urbis praefatum, infra quam prius a foris aqua pervenit, ab illa fubfequentem totam narrationem exordiri. Quare inquirendum non eft aliud rei naturae principium, aliud ipfius difciplinae; nam fecundum rei naturam difciplina inftituta idem habet cum eo quod docetur initium, neque licet recte volenti exponere vel generationem factorum, vel diftributionem eorum, quae difpenfantur, aliud principium commodius quam verum adinvenire. Siquidem domus generatio primum cogit meminiffe fundamentorum,

τῆς τρόπεως. οὕτω δὲ καὶ εἰ βουληθείης διηγήσασθαι πόλεως, ἢ ἔθνους, ἢ στρατοπέδου διοίκησιν, ἂν ἀναγκασθείης τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐν ἑκάστῳ μνημονεῦσαι. θαυμάζειν οὖν ἄξιον, ὅσοι διδάξαι μὲν ὀρθῶς ἑτέρωθεν ἀρξάμενον ἀδύνατον εἶναί φασιν, ἀγνοεῖν δὲ τὴν ὄντως ἀρχὴν τῶν φλεβῶν. ἀλλήλοις γὰρ ἄμφω συνῆπται ταῦτα, καὶ οὐχ οἷόν ἐστι χωρὶς ἀλλήλων γενέσθαι διασπασθέντα, τὴν ὀρθὴν ἀρχὴν λέγω τῆς διδασκαλίας τῆς ὄντως ἀρχῆς τοῦ πράγματος. ἀλλ' εἴτ' ὀρθῶς διδάσκει τις, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἀρχῆς ἄρχεται, εἴτε δὲ τὴν ὄντως ἀρχὴν οἶδέ τις, τὴν τῆς διδασκαλίας οὐκ ἀγνοεῖ.

Κεφ. ϛʹ. [193] Ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀρχῆς τῶν φλεβῶν, οὐδὲν μὴν ἧττόν ἐστι καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι βέβαια γνωρίσματα τοῦ μηδαμῶς εἶναι τὴν καρδίαν μήτε τοῦ τρέφοντος αἵματος ὅλον τὸ σῶμα γεννητικὴν ἀρχὴν, μήτε τῶν ὀργάνων αὐτοῦ. δείξω δὲ ἑκάτερον ἰδίᾳ, καὶ πρότερον, ὡς οὐκ ἔστι τῷ ζώῳ τοῦ θρέψοντος αἵματος ἀρχή. διά. τί δὲ τοῦ θρέψοντος πρόσκειται κατὰ τὸν λόγον αὖθις; διότι ἐδείκνυον, ὡς ἑτέρου τινὸς

navis carinae; ita etiam ſi urbis, aut gentis, aut exercitus gubernationem cogites percenſere, neceſſe erit primi initii in unoquoque meminiſſe. Mirari itaque ratio eſt eos, qui docere ſe quidem recte aliunde ſumpto initio poſſe aſſeverant, ignorare autem verum venarum principium et verum rei initium. Sed ſive recte quis docet, a naturae principio exordietur, ſive verum principium novit aliquis diſciplinae, non ignorat.

Cap. VI. Sufficiunt itaque et haec ad venarum principii demonſtrationem. Jam nihilominus et illa, quae dicentur a me, firma ſunt indicia ejus, quod cor neutiquam ſit neque initium ſanguinis totum corpus nutrientis opifex, neque inſtrumentorum ipſius. Oſtendam autem utrumque ſeorſim, ac prius, quod non ſit animanti ſanguinis nutrientis initium. At cur iterum nutrientis adjectum eſt in oratione? quia oſtendebam, me non negare, in cor-

αἵματος, ἑτέραν χρείαν τοῖς ζώοις παρεχομένου, τῆς γενέσεως οὐκ ἀφαιροῦμεν τὴν καρδίαν, ἀλλὰ τό γε νῦν εἶναι προκείμενον, ὡς, ὑφ᾽ οὗ τρέφεται τὰ σύμπαντα μέλη τοῦ ζώου, τοῦτ᾽ ἐξ ἥπατος, οὐκ ἐκ τῆς καρδίας ὁρμᾶται, δείξειν ἐπαγγέλλομαι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων ἀρχὴν τῷ λόγῳ ποιησάμενος, ὃ μάλιστα μάχεται τοῖς Ἐρασιστρατείοις, οἳ νῦν ἡμῖν ἐροῦσιν, ὡς παράδοξά τε καὶ καινὰ κατασκευάζουσιν. εἴρηται δὲ τὸ φαινόμενον ὑπὲρ Ἐρασιστράτου κατὰ τὴν τῶν πυρετῶν πραγματείαν, ὡς ὑμένες ἐπιπεφύκασι τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων, οἷς εἰς ὑπηρεσίαν ὑλῶν εἰσαγωγῆς τε καὶ αὖθις ἐξαγωγῆς ἡ καρδία προσχρῆται. τούτους τοὺς ὑμένας ἐτόλμησάν τινες οὐκ εἶναι λέγειν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ Ἐρασιστράτου διεσκευάσθαι δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. πλὴν εἰς τοσοῦτον ἥκουσι γνώσεως ἅπασι τοῖς ἰατροῖς, ὥστ᾽ ἀρχαῖος ὄντως εἶναι δόξειεν ἂν ὁ μὴ γινώσκων αὐτούς. εἰσὶ δ᾽ ἐπὶ μὲν τῷ στόματι τῆς κοίλης φλεβὸς τρεῖς ἀκίδων γλωχῖσιν ὁμοιότατοι τὴν σύνταξιν, ὅθεν, οἶμαι, καὶ τριγλώχινας ἔνιοι τῶν Ἐρασιστρατείων ἐκάλεσαν αὐτούς· ἐπὶ δὲ τῆς ἀρτηρίας

de generari alium quendam sanguinem, alium animantibus usum exhibentem; sed quod nunc est propositum, eum, a quo omnia animantis membra nutriuntur, ex jecore, non ex corde proficisci, monstraturum polliceor, ab iis, quae ex anatome apparent, sermonem exorsus, quod maxime pugnat cum Erasistrateis, qui nunc nos dicunt paradoxa et nova astruere. Porro dictum est ab Erasistrato id quod apparet in opere de febribus, nempe quod membranae osculis vasorum adhaerescant, quibus ad ministerium materiae introducendae et rursus educendae cor utitur. Has membranas non esse quidam dicere ausi sunt, sed ab Erasistrato effictas dogmatis constituendi gratia. Verumtamen eatenus omnes medici cognoscunt, ut rudis omnino esse videatur, qui non eas noverit. Sunt autem in ostiolo cavae venae tres spiculorum sulcis structura simillimae: unde, puto, etiam trisulcas nonnulli Erasistrateorum ipsas nuncuparunt. At in

τῆς φλεβώδους (οὕτω δὲ ὀνομάζω τὴν ἐκ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένην) ὁμοιότατοι μὲν τὸ εἶδος, ἀριθμῷ δ' οὐκ ἴσοι· μόνῳ γὰρ ταύτῳ τῷ στόματι δυοῖν ὑμένων ἐπίφυσίς ἐστι, τῶν δ' ἄλλων στομάτων ἑκατέρῳ τρεῖς ὑμένες εἰσὶν ἅπαντες σιγμοειδεῖς. ἐξάγει δ', ὡς Ἐρασίστρατός φησιν ἐξηγούμενος τὸ φαινόμενον, ἑκάτερον μὲν τῶν στομάτων αἷμα μὲν εἰς τὸν πνεύμονα ἕτερον αὐτῶν, πνεῦμα δ' εἰς ὅλον τὸ ζῶον ἕτερον. τὸν τῶν ὑμένων, ὡς ἐκείνῳ δοκεῖ, πρὸς ἐναντίας ὑπηρεσίας τῇ καρδίᾳ χρόνον, ἀμοιβαῖς ἐγκαίροις ὑπαλλαττομένας, τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσιν τὰς ὕλας ἀγγείοις ἐπιπεφυκότας ἔξωθεν ἔσω φερομένους, ἀνατρέπεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς εἰσόδου τῶν ὑλῶν, ἀναπίπτοντας δ' εἰς τὰς κοιλότητας τῆς καρδίας ἀνοιγνύντας τὰ στόματα παρέχειν ἀκώλυτον τὴν φορὰν τοῖς εἰς τὴν αὐτὴν ἑλκομένοις. οὐ γὰρ δὴ αὐτομάτως γε τὰς ὕλας εἰσθεῖν φησιν, ὡς εἰς ἄψυχόν τινα δεξαμενήν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν καρδίαν διαστελλομένην, ὥσπερ τὰς τῶν χαλκέων φύσας, ἐπισπᾶσθαι πληροῦσαν τῇ διαστολῇ. ἐπὶ δὲ τοῖς

arteria venofa (fic nomino eam, quae ex finiftro cordis finu in pulmonem difcinditur) fimillimae quidem forma, numero autem impares. Huic enim foli orificio duae membranae adhaerent; aliorum orificiorum utrique tres membranae funt univerfae figmoides. Educit autem, ut Erafiftratus inquit exponens id quod apparet, utrumque oftium, fanguinem in pulmones alterum ipforum, fpiritum vero in totum animal alterum. Quo fit, ut hae membranae (ut illi videtur) contraria cordi minifteria praeftent viciffitudine opportuna alternantes: quae enim vafis materias introducentibus adnatae funt, foris intro tendentes, hoc eft interius ab externis pergentes, attolluntur quidem a materiarum introitu, atque refupinatae in cordis finus, aperientes oras, exhibent facilem ingreffum iis, quae in ipfum trahuntur. Non enim fua fponte materias ingredi inquit, tanquam in folium quoddam inanimatum; fed ipfum cor dilatatum, tanquam fabrorum folles, attrahere et in dilatatione repleri, at eas, quae

ἐξάγουσιν ἀγγείοις τὰς ὕλας ἐλέγομεν ἐπικεῖσθαι, καὶ τοὐναντίον ἡγεῖσθαι πάθος πάσχειν. ἔσωθεν γὰρ ἔξω ῥέποντας, ἀνατρεπομένους μὲν ὑπὸ τῶν ἐξιόντων ἀνοιγνύναι τὰ στόματα, καθ᾽ ὃν ἂν ἡ καρδία λόγον ἐχορήγει τὰς ὕλας· ἐν δὲ τῷ λοιπῷ παντὶ κλείειν ἀκριβῶς τὰ στόματα, μηδ᾽ ἔνια τῶν ἐκπεμφθέντων ἐπανέρχεσθαι συγχωροῦντας. οὕτως δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσι, ὅταν ἡ καρδία συστέλληται, κλείειν τὰ στόματα, μηδὲν τῶν ἑλχθέντων ὑπ᾽ αὐτῆς αὖθις ἔξω παλινδρομεῖν ἐπιτρέποντας. [194] εἴπερ οὖν ἔχει ταῦθ᾽ οὕτως, ἄνδρες Ἐρασιστράτειοι, τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγγείων ἐάσωμεν ἤδη τῷ λόγῳ, τὸ δ᾽ ἀμφισβητούμενον ἐπισκεψώμεθα, τὴν κοίλην φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν εἰσάγουσαν τὸ αἷμα, ποτέρους ἔχει τοὺς ἐπιπεφυκότας ὑμένας. ἆρ᾽ ἔσωθεν ἔξω ῥέποντας, ἢ τοὐναντίον ἔξωθεν ἔσω φερομένους; ἀλλ᾽ ἴσως οὐδὲ τοῦτο μέγα πρὸς τὸ προπαρεσκευάσθαι (304) μὲν ἐν ἥπατι τὸ αἷμα, φέρεσθαι δ᾽ ἐντεῦθεν εἰς τὴν καρδίαν, ἀπολειψόμενον ἐνταῦθα τὸ λεῖπον τῆς οἰκείας ἰδέας εἰς ἀκριβῆ τελειότητα. καὶ γὰρ καὶ λόγον ἔχει, μη-

vafis materias educentibus incumbere dicebamus, contrario modo affici. Nam ab internis foras tendentes, reclinatas quidem ab exeuntibus ora aperire, quo tempore cor materias diftribuit, in reliquo autem toto claudere omnino oras, neque cor quidpiam quod egreffum fit redire concedentes. Ita vero et illas, quae funt in introducentibus, ubi cor contrahatur, ora claudere nihil attractorum ab eo rurfus recurrere permittentes. Si igitur haec ita fe habent, o viri Erafiftratei, alia vafa jam fermone dimittamus, id autem, de quo ambigitur, infpiciamus, cavam fcilicet venam, quae ex jecore in cor fanguinem invehit, quas habeat obductas membranas, an ab internis foras tendentes, an contra a foris intro vergentes. Sed forte neque hoc magni eft momenti contra id, quod dicitis, fanguinem in jecore prius effe praeparatum, inde autem in cor deferri recepturum inibi refiduum peculiaris fpeciei, ut exacte abfolvatur. Quin etiam rationem habet,

Ed. Chart. V. [194.] Ed. Baf. I. (304.)

δὲν τῶν τελέων τε καὶ μεγάλων ἔργων ἀθρόως δύνασθαι γενέσθαι, μηδὲ ὑφ' ἑνὸς ὀργάνου φυσικοῦ τὸν οἰκεῖον κόσμον ἅπαντα κτήσασθαι. δείξατε οὖν ἡμῖν ἕτερον ἀγγεῖον ἐξάγον ἐκ τῆς καρδίας τουτὶ τὸ κοσμηθὲν αἷμα καὶ διανεμόμενον εἰς ἅπαντα τὰ σώματα, καθάπερ ἡ ἀρτηρία τὸ πνεῦμα. καὶ μὴν τὰ σύμπαντα τέτταρά ἐστι στόματα, δύο καθ' ἑκατέραν κοιλίαν, ἓν μὲν ἐκ τοῦ πνεύμονος εἰσάγον τὸ πνεῦμα, τὸ δ' ἕτερον ἐξάγον μὲν ἄμφω ταῦτα κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν, ὑπόλοιπα δὲ δύο κατὰ τὴν δεξιὰν, εἰς μὲν τὸν πνεύμονα τὸ ἕτερον αἷμα φερόμενόν τε καὶ διανεμόμενον, εἰς δὲ τὴν δεξιὰν κοιλίαν ἐκ τοῦ ἥπατος εἰσάγον τὸ ἕτερον· ὑπὲρ οὗ σύμπας ὁ λόγος ἐστίν. πέμπτον δ' ἄλλο στόμα οὐκ ἔχει κατὰ τὴν καρδίαν, ᾧ τὸ ἐξ ἥπατος ἀφικόμενον εἰς αὐτὴν αἷμα πρὸς ὅλον ἀποπέμψει τὸ σῶμα. μὴ τοίνυν ἐπιπέμπεσθαι λέγετε τῷ παντὶ σώματι παρὰ τῆς καρδίας αἷμα καὶ πνεῦμα, μηδ' εἶναι τοῦτο τὸ σπλάγχνον, ὡς ἀρτηριῶν, οὕτω καὶ φλεβῶν ἀρχήν. οὔτε γὰρ ἀγγεῖον ἕτερον ἔχετε δεικνύειν ἐκφυόμενον τῆς καρδίας, οὔτ' ἀλ-

nullum perfectum magnumque opus fubito poffe fieri, neque ab uno inftrumento naturali peculiarem ornatum omnia confequi. Oftendite igitur nobis aliud vas, quod ex corde hunc exornatum fanguinem educat et diftribuat per omnia corpora, quemadmodum arteria fpiritum. Atqui univerfa quatuor funt ora; duo in utroque ventriculo; unum ex pulmone fpiritum introducens, alterum educens. Ambo haec in finiftro ventriculo confiftunt, reliqua duo in dextro. In pulmonem fane alterum fanguinem vehit diftribuitque; in dextrum autem ventriculum a jecore alterum introducit, de quo totus fermo eft. Quintum vero aliud os non eft in corde, quo fanguinem ex iecore ad ipfum pervenientem in totum corpus tranfmittat. Ne igitur dicatis, fanguinem et fpiritum ex corde toti corpori diftribui, neque hoc effe vifcus, ut arteriarum, fic etiam venarum originem, neque enim vas alterum oftendere poteftis ex corde procedens, neque

λου τινὸς πλὴν τῶν ὑμένων, οὓς οὐκ ἂν ἡ μηδὲν εἰκῆ ποιοῦσα φύσις ἐν τῷ κυριωτάτῳ σπλάγχνῳ κατέθετο, μὴ μέγιστόν τι μέλλοντας εἰς ὑπηρεσίαν παρέχειν αὐτῷ. καί μοι θαυμάζειν ἐπέρχεται μάλιστα πάντων Ἐρασιστράτου καθ᾿ ἓν βιβλίον τὸ πρῶτον περὶ πυρετῶν ἅμα μὲν ἀρχὴν ἀποφηναμένου καὶ ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν εἶναι τὴν καρδίαν, ἅμα δὲ τοὺς ἔξωθεν ἔσω νεύοντας ὑμένας ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσι τὰς ὕλας ἀγγείοις ἐπιπεφυκέναι φάσκοντος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς τοῦ μὲν αἵματος ἀρχὴ τὸ ἧπάρ ἐστι, τῆς διοικούσης δὲ τὰς φλέβας δυνάμεως ἡ καρδία. ὅπου γὰρ οὐδὲ ταῖς ἀρτηρίαις ἐκ καρδίας ἐμπέμπεσθαι διὰ τῶν χιτώνων ὁμολογεῖ τὴν δύναμιν, ἦπού γε ταῖς φλεψὶν ὁμολογήσει; εἴπερ οὖν ἀρχὴν ἐκεῖνό φαμεν εἶναι τὸ μόριον, ὃ τοῖς ἀφ᾿ ἑαυτοῦ πεφυκόσιν ἤτοι τὴν δύναμιν, ἢ πάντως γε τὴν ὕλην χορηγήσει, τὴν καρδίαν οὐχ οἷόν τε φάναι τῶν φλεβῶν ἀρχήν. δύναμιν μὲν γὰρ αὐταῖς οὐ χορηγεῖ κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον, ὅτι μηδὲ ταῖς ἀρτηρίαις, ἡ δ᾿ ὕλη τοῦ αἵματος ἐξ ἥπατος ὁρμᾶται σαφῶς. οὐ μὴν, ὅτι πᾶσαι περαίνουσιν εἰς τὴν καρδίαν αἱ φλέβες, ἀρχὴν αὐτῶν οἷόν

alio quodam, praeterquam ex membranis, quas nihil unquam frustra faciens natura in principalissimo viscere haud constituisset, nisi magnum ministerium ipsi fuissent praestiturae. Ac mihi mirari subit omnium maxime Erasistratum, qui libro primo de febribus simul pronunciet, cor esse et arteriarum et venarum principium, simul autem dictitet, membranas a foris intro spectantes vasis materias introducentibus supercrevisse; neque enim hoc licet dicere, quod sanguinis quidem initium jecur sit, virtutis autem venas regentis cor. Nam ubi neque arteriis ex corde facultatem per tunicas emitti fatetur, an venis fatebitur? Quod si initium illam esse partem dicimus, quae a se procreatis aut virtutem aut omnino materiam suppeditabit, cor non liceat venarum dicere principium, quoniam facultatem ipsis auctore Erasistrato non subministrat, quia neque ipsis arteriis. At materia sanguinis ex jecore manifesto proficiscitur. Nec etiam, quoniam omnes in cor venae pertinent, initium earum

τε τὴν καρδίαν αὐτὴν εἰπεῖν· οὐ περαίνουσι γὰρ, ὡς δέδεικται πρόσθεν. ἆρ᾽ οὖν, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν ἐκ καρδίας ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστιν, διὰ τοῦτ᾽ ἀρχὴν ἕξουσι τὴν καρδίαν αἱ φλέβες; ἀλλ᾽ οὔτε περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἡ ζήτησις ἦν, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι κατ᾽ ἀρχὰς εὐθέως διώρισται, καὶ πρὸς τῷ μὴ ζητεῖσθαι τὴν τῆς γενέσεως αὐτῶν ἀρχὴν οὐδ᾽ ἀπόδειξίν τινα ἐπεχείρησεν Ἐρασίστρατος εἰπεῖν, ὡς ἐκ καρδίας ἡ φύσις ἐν τῷ διαπλάττεσθαι τὸ ἔμβρυον ἐξέφυσε τὸ φλεβῶδες γένος. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐπὶ νεύρων ἐζήτησε τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἐπ᾽ ἀρτηριῶν, ἀλλὰ μόνης τῆς ἐπὶ τοῦ διαπεπλασμένου τελέως ζώου διοικήσεως ἀρχὰς ἀπεφήνατο τῆς μὲν τῶν ἀρτηριῶν ἐνεργείας τὴν καρδίαν, τῆς δὲ τῶν νεύρων τὴν κεφαλήν. [195] οὐκοῦν οὐδὲ φλεβῶν ἑτέρως ἂν ἔλεγεν ἀρχὴν εἶναι τὴν καρδίαν. εἰκότως μὲν οὖν ἀσαφὴς ἡ γνώμη τἀνδρός ἐστιν ἡ περὶ τῶν φλεβῶν, οὐδὲν εἰπόντος ὑπὲρ αἵματος γενέσεως, ἀλλ᾽ ὅλην ταύτην παραλιπόντος ἄσκεπτον τὴν ἐνέργειαν, ἀναγκαιοτέραν οὖσαν μακρῷ τοῖς ζώοις τῆς κατὰ τὴν γαστέρα. ζῆν μὲν

cor ipfum licet dicere; non enim pertinent, ut prius demonftratum eft. Num igitur, quia in prima conformatione ex corde generatio ipfarum eft, ideo principium venae cor habebunt? Sed neque de tali principio erat quaeftio, ut in primo commentario per initia ftatim definitum eft, ac Erafiftratus praeter id, quod generationis ipfarum initium non quaerebamus, ne demonftrationem quidem ullam dicere aggreffus eft ad probandum, quod ex corde natura foetum formando venofum genus profluxerit; fed nec in nervis tale quaefivit principium, quemadmodum neque in arteriis, verum folius in animante abfolute conformato gubernationis principium enunciavit, arteriarum fane functionis cor, nervorum caput. Itaque neque venarum aliter diceret initium cor exiftere. Ob quam rem obfcura eft viri fententia de venis, ut qui nihil de fanguinis generatione prodiderit, fed totam hanc functionem reliquerit inconfideratam, quum fit multo magis neceffaria animantibus, quam ea, quae in ventriculo

γάρ οἷόν τ' ἐστὶν ἡμῖν, εἰ καὶ μηδὲ ὅλως ἡ γαστὴρ τρίβῃ τὰ σιτία, δυναμένοις γε προσφέρεσθαι χυλοὺς, ὡς ἐν πολλοῖς ἔθνεσι γάλα· τεθνάναι δ' ἀναγκαῖον, εἰ ἡ τοῦ αἵματος ἀπόλοιτο γένεσις, ἣν οὔτε εἰ τὸ ἧπαρ, οὔθ' αἱ φλέβες, οὔθ' ἡ καρδία πεπίστευται, σαφῶς ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι· τοσοῦτον ἀποδεῖ προσθεῖναί τινα ἀπόδειξιν τῷ λόγῳ. οὐ μόνον δὲ ταύτην τὴν ἐνέργειαν ἀλλοιοῦσαν τὰ σιτία κατὰ ποιότητα διελθεῖν ὠλιγώρησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν θρέψιν ὁμοίως γιγνομένην ἐπιχειρήσας ἐξηγεῖσθαι μᾶλλον πάντων ἢ ἀλλοιώσεως ἐμνημόνευσεν. εἰ δὲ ταύτης ἐμνημόνευσεν, εὐθὺς ἂν, οἶμαι, καὶ τοῦτο συνεπενόησεν, ὅτι πᾶσι τοῖς ὑπό τινος ἀλλοιουμένοις εἰς τὴν τῶν ἀλλοιούντων ἰδέαν ἡ μεταβολὴ γίγνεται. καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ ὁμοιῶσαν ἑαυτῷ τὸ ξύλον ἐξ ἑαυτοῦ ἅμα γένεσίν τε καὶ τροφὴν ἴσχει, κατὰ τὸν αὐτὸν ὁρᾶται τρόπον καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα τὴν τροφὴν ἑαυτοῖς ὁμοιοῦντα. δηλοῦται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἡμιπέπτων περιττωμάτων, ὁμοίων ἀεὶ γιγνομένων τοῖς τρεφο-

eſt. Vivere ſiquidem licet nobis, etiamſi neutiquam venter cibos conterat, quum offerre ſuccos poſſimus, ut in multis gentibus lac; mori autem neceſſarium eſt, ſi ſanguinis pereat generatio, quae neque an jecori, neque an venis, neque an cordi concredita ſit, manifeſto auſus eſt pronunciare, tantum abeſt, ut demonſtrationem aliquam ſermoni adjecerit. Verum non modo hanc actionem, quae cibos ſecundum qualitatem alterat, percenſere neglexit, ſed etiam nutritionem ſimiliter fieri exponere aggreſſus omnium magis quam alterationis meminit. Quod ſi vero hujus meminiſſet, ſtatim, puto, etiam hoc conſideraſſet, quod omnia, quae ab aliquo alterantur, in alterantium ſpeciem mutentur. Quemadmodum enim ignis, qui lignum ſibi ipſi aſſimilat, ex eodem ſimul generationem et alimentum obtinet, ſimili videntur modo etiam ſtirpes et animalia alimentum ſibi aſſimilare: id quod innoteſcit ex ſemicoctis recrementis, quae ſimilia ſemper corporibus, quae nutriuntur, quorum ſunt excrementa, red-

μένοις σώμασιν, ὧν ἐστι περιττώματα. φυσικώτερος μὲν οὖν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ δεόμενος ἀκοῶν προγεγυμνασμένων ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων λογισμοῖς, οὓς ἰδίᾳ διήλθομεν ἑτέρωθι, λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν ὀλίγον ὕστερον. ἐν δὲ τῷ παρόντι συντελέσαι βούλομαι τὸν ὑπὲρ τῆς Ἐρασιστράτου γνώμης ἅπαντα λόγον, ᾧ ἀποδέδεικται, ὡς κατὰ τὴν πρώτην ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἐμβρύων διάπλασιν οὐκ ἐκ τῆς καρδίας αἱ φλέβες ἴσχουσι τὴν γένεσιν. ἅπασαι γὰρ αἱ κατὰ τὸ χορίον φλέβες, αἱ συνάπτουσαι τῇ μήτρᾳ τὸ κυούμενον, ἀποβλαστήματ᾽ εἰσὶ μιᾶς μεγίστης φλεβὸς ἐξ ἥπατος ὡρμημένης. αὕτη δ᾽ ὥσπερ τι στέλεχος ἐπὶ πτόρθων παμπόλλων τῶν ἐξ αὐτῆς ἐκπεφυκότων ἀγγείων εἰς τὸ χορίον, ἄχρι πλείστου μὲν ἄσχιστος καὶ μία μένουσα, διεξέρχεται μέγα διάστημα τὸ κατ᾽ αὐτὸ τὸ σπλάγχνον, ἀνίσχουσα δ᾽ ἤδη πρὸς τοὐκτὸς ἕτερον μέγιστον διάστημα διεξέρχεται δίχα σχισθεῖσα διττοῖς, καὶ τοῦτο ὁριζόμενον ἑνὶ μὲν, ᾧ νῦν δὴ πέπαυμαι λέγων, ὅταν ἀνίσχῃ πρῶτον ἔξω τοῦ δέρματος, ἑτέρῳ δ᾽, ὅταν ὑπερκύψῃ τὸν ἀμνειόν. ἡ γὰρ διὰ

duntur. Phyſicus itaque magis ſermo eſt, et requirit auditores prius exercitatos in naturalium facultatum ſpeculationibus, quas privatim alias ſumus perſecuti. Dicetur et de iis hoc opere paulo poſterius. Nam in praesentia abſolvere cogito totum de Eraſiſtrati ſententia ſermonem, quo demonſtratur ex prima in utero foetuum conſormatione, non ex corde venas habere originem. Omnes enim ſecundarum venae, quae utero conceptum annectunt, propagines ſunt unius venae, maximae ex jecore profectae. Haec autem veluti truncus aliquis in ramis permultis vaſorum ex ipſo in ſecundas procedentium, longiſſime integra unaque manens, magnum quod in ipſo viſcere eſt intervallum permeat; emergens autem iam foras alterum maximum ſpatium in duplicem fiſſa ramum pertranſit, atque hoc definitum terminis, uno ſane, quem nunc dicere deſii, quum emergit primum extra cutem, altero, quum ſupergreditur amnium; nam

λάβῃ, τήκει δὴ καὶ κατὰ τὰ σμικρὰ διαιροῦν διὰ τῶν ἐξόδων, ἥπερ πορεύεται διάγον οἷον ἐκ κρήνης ἐπ᾽ ὀχετοὺς ἐπὶ τὰς φλέβας ἀντλοῦν ταῦτα ῥεῖν, ἢ ὥσπερ αὐλῶνος διὰ τοῦ σώματος τὰ τῶν φλεβῶν ποιεῖ ῥεύματα. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ φυλάττειν φαίνεται τὴν αὐτὴν γνώμην, ἔν τε τοῖς περὶ τῆς ἀναπνοῆς καὶ πέψεως λόγοις ἅπασιν. ὥστε τῆς μὲν ἠλιθίου δόξης ἀπήλλακται, καὶ χρὴ τοὺς οἰηθέντας, αὐτὸν οὕτως ἀνόητον ὑπάρχειν, ὡς ὑπολαβεῖν, εἰς πνεύμονα φέρεσθαι τὸ ποτὸν ἅπαν, αὐτοὺς ἐγκαλεῖσθαι μᾶλλον ἐφ᾽ οἷς καταψεύδονται. περὶ δὲ τοῦ φέρεσθαί τι τοῦ πόματος εἰς τὸν πνεύμονα περὶ τὸν ἔνδοθεν χιτῶνα τοῦ τε λάρυγγος καὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας βουλόμενός τις αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ πειραθῆναι δύναται, λαβὼν μὲν ἑστὼς τοῦ ὕδατος εἰς τὸ στόμα δαψιλὲς, εἶτα κατακλιθεὶς ὕπτιος, ὑπανοίγων τε βραχὺ τὸ στόμιον τοῦ λάρυγγος· ἐφ᾽ ἡμῖν γάρ ἐστιν ἀνοιγνύναι τε καὶ κλείειν αὐτό. παραῤῥέοντος γάρ τινος εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ στόματος, αἰσθήσεται βραχέος, ὃ δὴ καὶ γαργαλίζει καὶ παροξύνει πλέον γενόμενον. ἀλλὰ καὶ αὐτὴν

caput, liquefacit sane, et minutim dividens tanquam ex fonte quodam educit ad rivos videlicet venarum, quaecunque exhausit, atque per corpus quasi convallem venarum quaedam fluenta facit. Porro subsequentibus tueri videtur eandem opinionem, tum in sermonibus de respiratione et concoctione universis. Quare a stolida opinione recessit; ac oportet eos potius, qui putarunt, ipsum tam esse imperitum rudemque, ut existimaverit, potum omnem in pulmones deferri, criminari, quod mentiantur. Porro, si quis, an potus aliquid in pulmonem secundum interiorem tunicam laryngis et asperae arteriae feratur, ipse in se volet experiri, potest, accepta, dum stat, copiosa aqua in os, deinde decumbens supinus, aperiensque modice laryngis orificium; penes nos enim est id tum aperire, tum claudere. Siquidem, quum aliquid ex ore in ipsum praeterfluit, statim sentictur, quod sane et strangulat, et excruciat amplius effectum. Quin

τὴν ἐρεθιζομένην βῆχα καρτερήσας τις δύναται κατασχεῖν, ὡς αὐτίκα παύσασθαι, βραχέος τοῦ γαργαλίζοντος ὄντος. ἐνίοτε δὲ καὶ βηχίον μικρὸν γενόμενον ἐσκέδασε τὸ γαργαλίζον, οὐδεμιᾶς ἀναπτύσεως γενομένης· ᾧ καὶ δῆλόν ἐστι τὸ ἀθρόον πόμα, καὶ πολὺ, καὶ τοσοῦτον, ὡς καταλαμβάνειν τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος, ἐρεθίζειν τὸ ζῶον εἰς βῆχα. τὸ δ' οὕτως ὀλίγον, ὡς περὶ τὸν ἔνδον χιτῶνα τοῦ λάρυγγός τε καὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἐκχεῖσθαι δροσοειδῶς, οὔτε ἐρεθίζον, οὐθ' ὅλως αἴσθησιν ἐργαζόμενον ἑαυτοῦ καταφερομένου διὰ τῆς ἀρτηρίας. ἀλλ' εἰ καὶ ζῶον, ὅ τι ἂν ἐθελήσαις, διψῆσαι ποιήσεις, ὡς κεχρωσμένον ὕδωρ ὑπομεῖναι ποιεῖν, εἰ δοίης, εἴτε κυανῷ χρώματι χρώσας, εἴτε μίλτῳ, εἶτ' εὐθέως σφάξας ἀνατέμοις, εὑρήσεις κεχρωσμένον τὸν πνεύμονα. δῆλον οὖν ἐστιν, ὅτι φέρεταί τι τοῦ πόματος εἰς αὐτόν.

et ipſam tuſſim irritantem tolerando aliquis poteſt cohibere, ut ſtatim exiguum, quod ſtrangulat, ceſſet; nonnunquam et tuſſicula oborta id, quod angit, diſcuſſit, ne una quidem ſpuitione facta; quo etiam conſtat, cumulatam potionem multam, tantamque, ut ſpiritus vias intercipiat, animal ad tuſſim irritare, at modicam adeo, ut circa interiorem tunicam laryngis et aſperae arteriae roris modo effundatur, neque irritare, neque omnino ſenſum ſui, quum per arteriam deſertur, praebere. Verum, ſi etiam animal, quodcunque volueris, ſitire facias, ut coloratam aquam bibere ſuſtineat, ac dederis vel caeruleo colore infectam, vel minio, deinde ſtatim jugulatum diſſecueris, pulmonem coloratum offendes. Liquet igitur manifeſto, aliquid ex potu in ipſum deferri.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

Ed. Chart. V. [248.] Ed. Bas. I. (329.)

Κεφ. α'. Ἐπειδὴ περὶ πάντων ὧν ἀμφότεροι λέγουσιν, ὁ Ἱπποκράτης καὶ ὁ Πλάτων, ἐπισκέψασθαι προὔκειτο, λέλεκται δ' ἤδη περὶ τῶν μεγίστην δύναμιν ἐχόντων εἰς ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν, καιρὸς ἂν εἴη τραπέσθαι πρὸς τἄλλα. φαίνεται δ' ἐν αὐτοῖς οὐ σμικρὰν δύναμιν ἔχον ἐπίστασθαι διακρίνειν ἀπ' ἀλλήλων τὰ ὁμοιότατα. οὐ μόνον γάρ, ὅπου κοινωνοῦσιν, ἐπίστασθαι χρήσιμον, ἀλλὰ

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS PLACITIS LIBER NONVS.

Cap. I. Quoniam de omnibus, quae utrique, Hippocrates et Plato, tradunt, considerare erat institutum, tractatumque a me jam est de iis, quae plurimum possunt tum ad medicinam tum ad philosophiam, tempestivum fuerit, ut ad alia me convertam. Porro videtur in ipsis non parum valere, similitudinem rerum invicem posse discernere. Non solum enim, quomodo inter se conve-

πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς διαφέρονται. τὴν ἀρχὴν οὖν ἀπὸ τούτων ποιησόμεθα, δεικνύντες, ὅτι τε καθόλου περὶ αὐτῶν ὡσαύτως ἀπεφήναντο, διά τε τῶν ἐν εἴδεσι παραδειγμάτων ὁ μὲν τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ὁ δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐγύμνασαν ἡμᾶς, καὶ τρίτον, ὅτι δι' αὐτῶν ὧν ἐγύμνασαν ἐδίδαξαν ὁδὸν, ᾗ προϊόντες ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀφιξόμεθα. καθόλου μὲν οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἀπεφήνατο, περὶ ὧν πλάνας καὶ διαπορίας καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἰατροῖς παρέχει, ὁ δὲ Πλάτων ὧδε. δεῖ ἄρα πρῶτον τὸν μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατηθήσεσθαι, τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς εἰδέναι. ὅπως δ' ἄν τῳ περιγένοιτο τοῦτο, ὁ Πλάτων σε διδάξει λέγων· ἆρ' οὖν οἷός τέ ἐστιν ἀλήθειαν ἀγνοῶν τις ἑκάστου τὴν ἀγνοουμένου ὁμοιότητα σμικράν τε καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν; ἀδύνατον. ὅπως δ' ἂν τὴν ἀλήθειαν ἑκάστου τῶν ζητουμένων [249] εὑρίσκοι τις, ἄκουσον ἐμοῦ πρότερον διηγησαμένου σαφῶς τε καὶ διὰ συντόμων, ἃ δ' ἂν

niant, fcire conducit, fed multo magis in quibus differentiant. Itaque initium ab his fumemus, oftendentes, tum quod univerfim illi de ipfis fimiliter pronunciarunt, tum quod exemplis fpecialibus hic artis medicae, ille philofophiae nos exercuit, ac tertium, quod per ea ipfa, quae propofuerunt nobis loco exercitii, viam oftendere, qua procedentes ad inftitutum perveniemus. Generatim itaque Hippocrates protulit ea, de quibus dubitandi errandique occafionem vel optimis medicis praebet, Plato autem hunc in modum. *Convenit igitur primum, ut is, qui decepturus alium eft, ipfe autem non decipiatur, fimilitudinem rerum et diffimilitudinem exacte cognofcat.* Quomodo autem aliquis affequatur id, Plato te docebit inquiens: *Numquid igitur fingulorum veritatis infcius poterit ejus, quod ignoratur, fimilitudinem in univerfis parvam aut magnam dijudicare? Nullus poteft.* Quomodo autem uniuscujusque, quod inquiritur, veritatem invenias, prius me audito et manifefto et compendiofe differentem; ea vero, quae audis, memoriae reconde;

ἀκούσῃς, τῇ μνήμῃ παραθέμενος ἐπὶ τὰς ἐκείνων ἧκε ῥήσεις. ἐγὼ δέ σοί φημι τὴν τῶν ζητουμένων ἀλήθειαν εὑρεθήσεσθαι, πρῶτον μὲν γνόντι τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπ' αὐτὰ ὁδοῦ, ταύτης γὰρ ἁμαρτὼν, εἰς πολλὴν ἄλην τε καὶ πλάνην ἀφίξῃ λόγων. διὰ τῶν αὐτῶν δὲ κριτηρίων, δι' ὧν τὴν ἀρχὴν εὗρες, εὑρήσεις καὶ τὸ μετὰ τὴν ἀρχὴν δεύτερον, εἶθ' ὁμοίως τὸ τρίτον, καὶ ἕκαστον τῶν ἐφεξῆς. πῶς οὖν ἔστι τὴν ἀρχὴν εὑρίσκειν; ἐπειδὴ καὶ ὁ Πλάτων ἐπαινέσας τὴν παροιμίαν, ἐν ᾗ λέγομεν, ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ (330) παντὸς, αὐτὸς προσέθηκε τὸ μέγιστον, εἰπὼν ἀρχὴν παντὸς ἔργου μέγιστον εἶναι, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τινὲς, οἱ μὲν οὐ μόνον τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι τὴν ἀρχὴν ἔφασαν, ἀλλὰ καὶ πλέον ἢ τὸ ἥμισυ, τινὲς δὲ καὶ τὸ πᾶν δυνάμει. δείξομεν οὖν ἤδη, πῶς ἄν τις εὑρίσκοι τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν ζητουμένων εὑρέσεως, ἀναμνήσαντες ἃ διὰ μακρῶν ἔν τε τῇ περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείᾳ λέλεκται καὶ κατ' ἄλλας τινάς. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἡμῖν ἐστι φυσικὸν κριτήριον, οὐδὲ τεχνικὸν

ita ad illorum orationes perpendendas te conferas. Ego te veritatem eorum, quae inquiris, inventurum affirmo, si primum initium viae, quae ad ea ducit, cognoveris; a qua aberrans, in permagnam verborum captionem erroremque decides. Caeterum per eadem judicii instrumenta, quibus principium invenisti, etiam id, quod initium sequitur, reperies, deinde similiter tertium, et unumquodque postea. Quomodo igitur initium licet invenire? quandoquidem et Plato, laudata paroemia, qua dicimus principium dimidium totius, ipse appofuit maximum, principium, inquiens, totius operis maximum, quemadmodum et alii nonnulli non solum dimidium totius principium esse dixerunt, sed etiam amplius quam dimidium, alii vero et totum potentia. Ostendemus igitur jam, quomodo initium inventionis eorum, quae disquiruntur, invenias, iis in memoriam revocatis, quae prolixe tum in opere de demonstrationibus, tum in aliis quibusdam comprehensa sunt. Si igitur nullum nobis inest naturale judicii instrumentum, neque artificiosum, nihil poterimus

οὐδὲν εὑρεῖν δυνησόμεθα· φυσικὰ δ᾽ ἔχοντες, εὕροιμεν ἂν τι καὶ τεχνικόν. ἆρ᾽ οὖν ἔχομέν τινα φυσικὰ κριτήρια κοινὰ πάντες ἄνθρωποι; οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται φυσικὰ λέγειν αὐτὰ τὰ μὴ κοινὰ πάντων ὄντα. χρὴ γάρ δή που τὰ φυσικὰ πρὸς τῷ πάντων εἶναι κοινὰ καὶ τὴν φυσικὴν ἔχειν κοινήν. ἐγὼ μὲν ἔχειν φημὶ πάντας ἡμᾶς φυσικὰ κριτήρια, καὶ τοῦτ᾽ ἀναμιμνήσκων, οὐ διδάσκων, οὐδ᾽ ἀποδεικνὺς, οὐδ᾽ ὡς αὐτὸς εἰρηκὼς λέγω. τίνα δέ ἐστι ταῦτα; τοὺς κατὰ φύσιν ἔχοντας τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶντας τὰ ὁρατὰ, καὶ κατὰ φύσιν ἔχοντας τῶν ὤτων ἀκούοντας τὰ ἀκουστὰ, καὶ γλῶτταν γευομένην χυμῶν, καὶ ῥῖνας ὀσμῶν, καὶ σύμπαν τὸ δέρμα τῶν ἁπτῶν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν γνώμην, ἢ ἔννοιαν, ἢ ὅ τί ποτ᾽ ἂν ἐθέλῃ τις ὀνομάζειν, ᾧ διαγιγνώσκομεν ἀκόλουθόν τε καὶ μαχόμενον, καὶ ἄλλα, ἃ καταπέπτωκε τούτοις, ἐν οἷς ἐστι καὶ διαίρεσις καὶ σύνθεσις ὁμοιότης τε καὶ ἀνομοιότης, ἀφ᾽ ὧν ὁ παρὼν ὡρμήθη λόγος. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης οὕτως ἔγραψε περὶ αὐτῶν· ἢ ὅμοια, ἢ ἀνόμοια ἐξ ἀρχῆς

invenire. At quum naturalia habeamus, invenerimus etiam aliquod artificioſum. Igitur habemus omnes homines quaedam naturalia judicii inſtrumenta communia, neque enim licet naturalia dicere ea, quae non ſunt omnibus communia; nam oportet nimirum naturalia, praeter quod omnibus ſunt communia, etiam naturam habere communem. Ego ſane pronuncio, nos omnes naturalia judicii inſtrumenta habere, idque in memoriam revocans, non docens, neque demonſtrans, neque, tanquam ipſe dixerim, adduco. Quae autem ſunt haec? Oculi ſecundum naturam habentes, qui viſibilia conſpiciunt; aures naturali modo habentes, quae audibilia percipiunt; lingua humorum guſtatrix, nares odorum, et tota cutis tactuum. Ad haec intellectus, vel notio, vel quomodocunque voles appellare, quo conſequentiam repugnantiamque internoſcimus, ac alia, quae his incidunt, in quibus eſt et diviſio et compoſitio, ſimilitudo et diſſimilitudo, a quibus praeſens diſputatio exorſa eſt. Itaque Hippocrates de ipſis hoc pacto ſcripſit. *Similiane an diſſimilia ſint, ab*

ἀπὸ τῶν μεγίστων καὶ ῥήστων, ἀπὸ τῶν πάντως πάντη γιγνωσκομένων, ἃ καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι ἔστιν, ἃ καὶ τῇ ὄψει, καὶ τῇ ῥινὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ, καὶ τῇ γνώμῃ ἔστιν αἰσθέσθαι, οἷς γιγνώσκομεν ἅπασιν ἔστι γνῶναι. ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐξηγησάμενος τελέως ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον ὑπομνημάτων, οὐδὲν ἔτι δέομαι διέρχεσθαι νῦν, ἀλλ᾽ ἀρκέσει τὰ κεφάλαια μόνον αὐτῆς εἰπεῖν, ὅτι πρὸς τὴν τῶν ὁμοίων τε καὶ ἀνομοίων ἀκριβῆ διάγνωσιν ἀφικνεῖσθαι χρὴ, τὴν ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως αὐτῶν ποιούμενον ἀπὸ τῶν φυσικῶν κριτηρίων, ἅπερ ἐστὶν αἴσθησίς τε καὶ γνώμη. καλεῖν δ᾽ ἔξεστί σοι, ὡς πολλάκις εἴρηταί μοι πολλαχόθι, καὶ διάνοιαν, καὶ νοῦν, καὶ λογισμὸν, ἢ ὅπως ἂν τις ἐθέλῃ, φυλάττων τὴν ἔννοιαν, ὡς Ἱπποκράτης βούλεται. ὡς γὰρ τῶν αἰσθητῶν αἴσθησίς ἐστι τὸ κριτήριον, οὕτω τῶν νοητῶν ἑτέρα τις δύναμις, ἣν ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται, συγχωροῦμεν αὐτῷ, μή πως ἡμῖν τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου μεῖζον γένηται. χρώμεθα γὰρ ὀνόμασι καὶ ὅλως τῇ πρὸς ἀλλήλους διαλέκτῳ χάριν τοῦ δηλῶσαι τὰς κατὰ τὴν

initio a maximis facillimisque, quae ab omnibus ubique cognoscuntur, discimus, quae et videre et audire est, quae etiam visu, naso, lingua et intellectu licet sentire, quae et quibus cognita omnibus licet scire. Hanc orationem interpretatus primo commentariorum in opere de re medica, nihil etiam nunc opus habeo persequi, sed abunde erit capita ipsius solum explicasse, quoniam ad exactam similium dissimiliumque dignotionem pervenire convenit, principio inventionis ipsorum a naturalibus naturae judiciis desumpto, qui sensus sunt et intellectus. Licet autem tibi appellare, ut a me subinde dictum est variis in locis, et intellectum, et mentem, et rationem, vel utcunque velis, modo notionem serves, ut vult Hippocrates. Ut enim sensibilium judex est sensus, ita intelligibilium alia quaedam facultas, quam ut appellare aliquis volet, ei concedimus, ne nobis accessorium ipso opere fiat majus. Utimur enim nominibus et summatim usitata inter nos linguae proprietate, qua animi opi-

ψυχὴν δόξας, ἃς ἐκ τοῦ σκοπεῖσθαι τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἐκτησάμεθα. γελοῖον οὖν ἐστι καταλιπόντας τοῦτο περὶ τῶν ὀνομάτων ἁμιλλᾶσθαι. πῶς δέ φησιν ὁ Ἱπποκράτης τὴν τῶν πραγμάτων εὑρίσκεσθαι φύσιν; [250] ἐὰν ἀπὸ τῶν μεγίστων καὶ ῥάστων ἀρξώμεθα· μεγίστων μὲν κατὰ τὴν χρείαν, ῥάστων δὲ κατὰ τὴν ἡμετέραν γνῶσιν. ἡ γάρ τοι φύσις ἄμφω ταῦθ' ἡμῖν ἔδωκεν, αὐτά τε τὰ κριτήρια καὶ τὸ πιστεύειν αὐτοῖς ἀδιδάκτως. αὐτὰ μὲν οὖν τὰ κριτήρια τά τε ὄργανα τῶν αἰσθήσεών ἐστι καὶ αἱ χρώμεναι τοῖς ὀργάνοις δυνάμεις· ἡ δὲ πίστις αὐτῶν ἀδίδακτός τε καὶ φύσει οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὑπάρχουσα. καὶ γὰρ ὁρῶντα τὸν προσιόντα καὶ ἀκούοντα ψόφου τινὸς ἢ φωνῆς ὑποφεύγει μὲν αὐτίκα, μείζονος ὀφθέντος ζώου, μένει δὲ κατὰ χώραν, ἐὰν ἐλάττονός τε καὶ ἀσθενεστέρου τοῦ προσιόντος αἰσθάνηται. εἰ μὲν οὖν ἀπιστεῖ τις τοῖς δι' αἰσθήσεως ἢ νοήσεως ἐναργῶς φαινομένοις, οὐδ' ἐπιχειρεῖν χρὴ συστάσει τέχνης οὐδεμιᾶς· εἰ δὲ φαίνεται τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα τῷ βίῳ τῶν

niones ſignificentur, quas ex rerum naturae contemplatione conquiſivimus. Ridiculum igitur eſt, hac relicta, de nominibus contendere. Quomodo autem Hippocrates inquit rerum naturam inveniri? ſi a maximis et facillimis inceperimus; maximis quidem uſu, facillimis autem noſtra cognitione. Etenim natura ambo nobis haec dedit, et ipſa judicii inſtrumenta, et quod ipſis a nullo docti praeceptore credimus. Eadem igitur, quibus judicamus, et inſtrumenta ſenſuum ſunt, et facultates inſtrumentis utentes. At ſides ipſorum citra diſciplinam et natura non hominibus tantum, ſed aliis etiam animantibus ineſt. Etenim, dum conſpiciunt accedentem, audiuntque ſtrepitum aliquem aut vocem, ſubterſugiunt quidem protinus, majore viſo animali, manent autem in loco, ſi minus imbecilliusque accedere ſentiant. Quare, ſi fidem aliquis derogat iis, quae ſenſu aut intellectu manifeſto apparent, eum ne aggredi quidem ullius conſtitutionem artis oportet. At, ſi apparent artium opera vitae homi-

ἀνθρώπων χρήσιμα, πάντως που τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις οἱ πιστεύοντες ἄνθρωποι τὴν κρίσιν αὐτῶν ἐποιήσαντο. καὶ ἡμεῖς εὐτυχέστεροι κατὰ τοσοῦτον ἐκείνων ἐσμὲν, ὅτι τὰ χρήσιμα πολλῷ χρόνῳ μετὰ καμάτων τε καὶ φροντίδων εὑρεθέντα τοῖς πρὸ ἡμῶν αὐτοὶ μανθάνομεν ὀλίγῳ χρόνῳ. ἐὰν οὖν τῷ λοιπῷ τοῦ βίου μὴ κατὰ τὸ πάρεργον ἀσκῶμεν τὰς τέχνας, ἀλλὰ περὶ τὴν τῶν ὁμοίων τε καὶ ἀνομοίων διάγνωσιν ἀεὶ φροντίζωμεν, οὐδὲν κωλύει τῶν ἔμπροσθεν ἡμᾶς γενέσθαι βελτίους. πῶς οὖν γυμνασόμεθα καὶ ἀσκήσομεν ἡμᾶς αὐτούς; ἀπὸ τῶν γνωσθῆναι ῥάστων ἀρξάμενοι, καθάπερ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε. ταῦτα γάρ ἐστι τὰ μεγάλην ἔχοντα τήν τε εἰς ὅλον τὸν βίον χρείαν καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα διαφοράν.

Κεφ. β'. Ἐρῶ δὲ καὶ παράδειγμά σοι παρ' ἑκατέρων τῶν ἀνδρῶν ἕνεκα νοήσεως ἐναργεστέρας. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης οὕτως φησὶν ἐν Προγνωστικῷ· σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ αὐτὸ ἑαυτῷ, οὕτως γὰρ ἂν εἴη ἄριστον, τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου

num conducibilia, omnino fere naturalibus judiciis fidem accommodantes homines de ipsis judicarunt, ac nos illis tanto feliciores sumus, quod utilia longo tempore cum laboribus et curis inventa antiquis ipsi pauco tempore condiscimus. Si igitur reliquo vitae spatio non perfunctorie artes exerceamus, sed similium dissimiliumque dignotioni semper solicite insistamus, nihil prohibet nos prioribus evadere praestantiores. Quomodo igitur exercebimus nos ipsos? si a cognitu facillimis, quemadmodum Hippocrates praecipit, fuerimus auspicati. Haec enim sunt, quae magnum ad totam vitam habent usum et ad differentiam inter se.

Cap. II. Apponam autem tibi exemplum ex utroque viro, quo cognoscatur res evidentius. Itaque Hippocrates hoc pacto in praesagiis scriptum reliquit. *Considerandum est ita in morbis acutis, primum an aegrotantis facies sanis similis sit, praesertim vero si ipsa sibi, sic enim optime sperandum est; si autem contraria*

δεινότατον. εἴη δ᾽ ἂν τὸ τοιοῦτον ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐφεξῆς εἰρημένα. φαίνεται γὰρ ἐν τούτοις τὴν ἀρχὴν τῆς διαγνώσεως τῶν προγνωστικῶν χωρίων ἀπὸ τῶν ἐναντιωτάτων τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι πεποιημένος, ἅπερ καὶ μέγιστ᾽ ἐστὶ, καὶ πᾶσι γνωσθήσεται ῥᾴδια. ταῦτα δέ τις προμαθὼν δυνήσεται κατὰ βραχὺ μεταβαίνων ἐπὶ τὰ πλησίον ἀλλήλοις ἀφικέσθαι ποτὲ, καθάπερ ἐπεδείξαμεν ἐν τῷ Προγνωστικῷ πεποιηκότα τὸν Ἱπποκράτην. ἀλλὰ καὶ ὁ Πλάτων οὕτως ἔγραψε περὶ αὐτῶν, ἡνίκα πεποίηκεν ἐν Πολιτείᾳ παρακαλούμενον Σωκράτην ὑπὸ Γλαύκωνός τε καὶ Ἀδειμάντου διελεῖν αὐτοῖς πάντα τὸν περὶ δικαιοσύνης λόγον. ἐπειδὴ γὰρ ἠπίστατο δεησόμενον αὐτὸν εἰς τὸ δεῖξαι τὸ προτεθὲν, ὡς οὐκ ἔστι μία τῆς ὅλης ἡμῶν ψυχῆς ἡ οὐσία, διὰ τοῦτο πρότερον ἐπὶ πόλεως ἀξιοῖ ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἔχει δ᾽ ἡ λέξις ὧδε. εἶπον οὖν, ὅπερ μοι ἔδοξεν, ὅτι τὸ ζήτημα, ᾧ ἐπιχειροῦμεν, οὐ φαῦλον, ἀλλ᾽ ὀξὺ βλέποντος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ἐπειδὴ

fimili permultum, peffime. Erit autem hujusmodi, nares acutae, oculi concavi, aliaque deinceps comprehenfa. Videtur enim in his initium dignotionis praefagientium locorum ab his feciffe, quae maxime naturaliter habentibus funt contraria, quae etiam maxime funt et omnibus cognitu facilia. Porro haec ubi quis praedidicerit, aliquando poterit tranfiens paulatim ad vicina inter fe pervenire, quemadmodum Hippocratem in Praefagiorum libro factitaffe oftendimus; imo etiam Plato de ipfis difputavit, quum in libro de Republica introduxit Socratem a Glaucone et Adamanto interpellari, ut ipfis totum de juftitia fermonem diftingueret. Quoniam enim fciverat rogaturum ipfum, quo propofitum oftenderet, nempe non unam effe totius animae noftrae fubftantiam, ideo prius de civitate verba facere mavult, quae hoc pacto habent. *Dixi igitur, ut mea erat opinio, quaeftionem hanc, quam aggredimur, non effe contemnendam, fed hominis acute cernentis opus, ut mihi videtur. Quoniam igitur*

μὲν οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοὶ, δοκῶ μοι, ἦν δ' ἐγὼ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτησιν αὐτοῦ, οἵαν περ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα σμικρὰ πόῤῥωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά τις ἐνενόησεν, ὅτι τὰ αὐτὰ [251] γράμματά ἐστί που καὶ ἄλλοθι μείζω τε καὶ ἐν μείζονι, ἕρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ αὐτὰ ὄντα τυγχάνει. πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος. ἀλλὰ τί τοιοῦτον, ὦ Σώκρατες, ἐν τῇ περὶ δικαίου ζητήσει καθορᾷς; ἐγώ σοι, ἔφην, ἐρῶ. δικαιοσύνη, φαμὲν, ἔστιν ἑνὸς ἀνδρὸς, ἔστι δέ που πάλιν τῆς ὅλης πόλεως; πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. οὐκοῦν μείζων πόλις ἑνὸς ἀνδρός; μείζων, ἔφη. ἴσως τοίνυν πλείων ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἂν εἴη, καὶ ἐστι καταμαθεῖν. εἰ οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν ταῖς πόλεσι ζητήσωμεν, ποῖόν τί ἐστιν, ἔπειτα οὕτως ἐπισκεψώμεθα καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ τὴν τοῦ μείζονος ὁμοιότητα, ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἰδέᾳ ἐπισκοποῦντες. προγυμνάσας οὖν ἡμᾶς ἐπὶ πόλεως ὁ Πλάτων, καὶ δείξας, ὅτι ἄλλο μέν τι τὸ ἄρχον, ἄλλο δέ τι τὸ προπολεμοῦν, καὶ τρίτον

nos non periti fumus, perinde inveftigandam effe juftitiam, ac fi quis non acute cernentibus literas parvas proculque pofitas legendas mandaffet, deinde animadvertiffet aliquis, easdem literas effe alibi in majori quoque loco majores, atque inde operae pretium cenfuiffet, ut eas primo legentes ita demum minores, an eaedem fint, confiderarent. Ita prorfus, Adimantus inquit. Sed quid tu fimile in hac de juftitia inquifitione vides, o Socrates? Dicam, inquam. Dicimusne, juftitiam hominis unius effe, et dicimusne, etiam totius civitatis? Plane, inquit ille. Atque civitas nonne major uno viro? Major, inquit. Fortaffe autem juftitia amplior in majori ineft, faciliorque cognitu. Quare, fi vultis, primum in civitatibus inquiramus, qualisnam fit. Deinde fic in fingulis confiderabimus, majoris ipfius fimilitudinem in minoris idea contemplantes. Itaque Plato, quum prius nos in civitate exercuiffet, indicaffetque, aliam populi partem dominari, aliam propugnare, tertiam aliam opi-

ἄλλο τὸ δημιουργικὸν ἔθνος ἐν αὐτῇ, μεταβὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν, καὶ κατ᾽ αὐτὴν ἐπιδείκνυσιν ἓν μέν τι μέρος εἶναι τὸ ἄρχον, ὅταν εὖ ἔχῃ, (331) ἕτερον δὲ τὸ ὑπηρετοῦν αὐτῇ, καθάπερ ἐν ταῖς πόλεσιν ὑπηρετεῖ τὸ στρατιωτικὸν, τρίτον δὲ τὸ λοιπὸν, ὃ τοῦ τρέφεσθαι τὸ σῶμα χάριν οἱ δημιουργοῦντες ἡμᾶς προσέθεσαν, κἂν οἱ ἀγύμναστοι τοῦ διακρίνειν ἀπ᾽ ἀλλήλων τὰς ὁμοιότητας ἓν εἶναι νομίζουσιν, οὐ τρία τὰ εἰρημένα μόρια τῆς ψυχῆς. ὅπως οὖν χρὴ γυμνάζεσθαι περὶ τὴν διάκρισιν αὐτῶν, ἐδίδαξεν ὁ Πλάτων ἐπί τε τῆς πόλεως διὰ πάσης σχεδόν τι τῆς Πολιτείας, ἐπί τε τῆς ψυχῆς τὸ μὲν κυριώτατον τῆς διανοίας ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ, τὸ δὲ ἑπόμενον αὐτῇ κατὰ τὰ ἄλλα. καιρὸς οὖν ἤδη καὶ τῶν εἰρημένων αὐτῷ κατὰ τὸν Φαῖδρον ἀκοῦσαι. ἡ ἀπάτη πότερον ἐν πολὺ διαφέρουσι γίγνεται μᾶλλον, ἢ ὀλίγον; ἐν τοῖς ὀλίγον. ἀλλὰ μὴν κατὰ σμικρὸν καταβαίνων μᾶλλον λήσεις ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἢ κατὰ μέγα. πῶς δ᾽ οὔ; δεῖ ἄρα τὸν μέλλοντα ἀπατήσειν μὲν ἄλλον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατηθήσεσθαι τὴν ὁμοιότητα τῶν ὄντων

ficem esse in ea, digressus ad animam, etiam in ea ostendit aliam partem esse, quae dominetur, quum bene habet, alteram, quae ipsi ministret, quemadmodum in urbibus ministrat militaris, reliquam vero tertiam, quam alendi corporis gratia opifices nostri apposuerunt, etsi discernendo similitudines inter se imperiti unam esse sentiant, non tres commemoratas animae partes. Quomodo igitur in discretione ipsarum exerceri conveniat, Plato docuit et in civitate per totum fere opus de Republica, et in anima sane principalissimam mentis partem in quarto libro, quae vero eam sequitur, in aliis. Opportunum itaque jam est ea, quae in Phaedro complexus est, audire. *An deceptio in his, quae multum, an quae parum differunt, accidit? In his, quae parum. Atqui, si paulatim transieris, inscius magis ac imprudens ad contrarium venies, quam si multum transilieris. Quidni? Oportet igitur eum, quicunque decepturus alium est, ipse minime decipiendus, similitudinem et dissimilitudinem*

καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διϊδεῖν. ἀνάγκη μὲν οὖν. ἢ οὖν οἷός τ᾽ ἔσται ἀλήθειαν ἀγνοῶν ἑκάστου τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα μικράν τε καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν; ἀδύνατον. οὐκ οὖν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ ἀπατωμένοις δῆλον ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι᾽ ὁμοιοτήτων τινῶν εἰσεῤῥύη; γίγνεται οὖν οὕτω. ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται μεταβιβάζειν κατὰ σμικρὸν διὰ τῶν ὁμοιοτήτων ἀπὸ τοῦ ὄντος ἑκάστοτε ἐπὶ τοὐναντίον ἀπάγων, ἢ αὐτὸς τοῦτο διαφεύγειν ὁ μὴ ἐγνωρικὼς, ὅ ἐστιν ἕκαστον τῶν ὄντων; οὐ μή ποτε. λόγων ἄρα τέχνην, ὦ ἑταῖρε, ὁ τὴν ἀλήθειαν μὴ εἰδὼς, δόξας δὲ τεθηρευκὼς, γελοίαν τινὰ, ὡς ἔοικε, καὶ ἄτεχνον παρέξεται. ὅτι δ᾽, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγε, τινὰ μέν ἐστι ῥᾷστα γνωσθῆναι, τινὰ δ᾽ οὐκ ἔστι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ῥᾷστων ποιητέον, ἃ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὡμολόγηται διὰ τὴν ἐνάργειαν. οὕτω καὶ ὁ Πλάτων ἐγίγνωσκεν· μάθοις δ᾽ ἂν ἐκ τῆσδε τῆς ῥήσεως αὐτοῦ. ἆρ᾽ οὖν οὐ παντὶ δῆλον τό γε τοιόνδε, ὡς περὶ μὲν ἔνια τῶν τοιούτων ὁμονοητικῶς ἔχομεν, περὶ δ᾽ ἔνια στασιαστι-

rerum exquisite dignoscat. Necessarium est. Numquid igitur uniuscujusque veritatis inscius poterit ejus, quod ignorat, similitudinem in universis parvam aut magnam dijudicare? Nequaquam. Ergo illos, qui praeter rerum naturam opinantur, falsique sunt, constat propter similitudines aliquas sic esse affectos. Sic accidit. Non igitur poterit quisquam, si rem quamcunque ignoraverit, artificiose aliquem sensimque a vero in contrarium per similitudines aliquas sigillatim traducere, aut errorem hunc in se ipso vitare? Nunquam. Igitur quicunque veritatem ignorat et opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, ut videtur, inertem exhibet et ridiculam. Caeterum, ut Hippocrates dixit, alia esse cognitu facillima, aliqua non esse, initium a facillimis faciendum est, quae etiam omnibus hominibus propter evidentiam in confesso sunt. Ita etiam Plato sensit, id quod ex ipsius verbis condiscas. *An non constat cuique, quod in aliis, dum loquimur, idem sentimus omnes, in aliis vero*

κῶς; δοκῶ μὲν ὃ λέγεις μανθάνειν, ἔτι δ' εἰπὲ σαφέστερον. ὅταν τις ὄνομα εἴπῃ σιδήρου ἢ ἀργύρου, ἆρ' οὐ τὸ αὐτὸ πάντες διενοήθημεν; καὶ μάλα. τί δ', ὅταν δικαίου ἢ ἀγαθοῦ; οὐκ ἄλλος ἄλλῃ φέρεται, καὶ ἀμφισβητοῦσιν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς; πάνυ μὲν οὖν. ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν, ἐν δὲ τοῖς οὔ. οὕτω. ποτέρωθεν οὖν εὐαπατητότεροί ἐσμεν, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐν ποτέροις μεῖζον δύναται εἶναι; δηλονότι ἐν οἷς πλανώμεθα. οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ ηὑρῆσθαι, καὶ εἰληφέναι τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους, ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ πλῆθος πλανᾶσθαι, καὶ ἐν ᾧ μή. [252] καλὸν γοῦν, ὦ Σώκρατες, εἶδος εἴη ἂν κατανενοηκὼς ὁ τοῦτο λαβών. ἔπειτά γε οἶμαι πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν, ἀλλ' ὀξέως αἰσθάνεσθαι, περὶ οὗ ἂν μέλλῃ ἐρεῖν, ποτέρου ὂν τοῦ γένους τυγχάνει. τί μήν; τί οὖν; τὸν ἔρωτα πότερον φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μή; ἀμφισβητησίμων δήπου. ἢ οἴει ἄν σοι συγχωρῆσαι

non idem? Quamvis, quod ais, intelligere videor, planius tamen ut dicas cupio. Quando quis ferri nomen aut argenti pronunciat, id omnes protinus intelligimus? Prorfus. Quid, cum jufti vel boni nomen? nonne alius alio fertur, atque cum aliis, atque nobifcum ipfi ambigimus? Magnopere. In aliis ergo confentimus, in aliis diffentimus. Sic eft. Ubinam facilius falli poffumus, et in quibus horum rhetorica plus valet? Nimirum in quibus ambigimus. Oportet igitur eum, qui rhetoricam fit affecuturus, primum haec via adinveniffe, et quendam characterem utriusque fpeciei percepiffe, et ubi neceffe eft multitudinem falli, et ubi non. Praeclaram quandam, o Socrates, agnofceret fpeciem, qui cogitatione id caperet. Deinde arbitror oportere nihil eum fubterfugere, quum ad fingula venerit, fed acute perfentire id, de quo dicturus fit, utrius fit generis. Cur non? Quid porro amorem? utrum ex iis, de quibus ambigitur, an ex iis, de quibus non ambigitur, effe dicimus? Ex iis, de quibus ambigitur, nimirum. An putas eum tibi illa de

εἰπεῖν, ἃ δὴ εἶπες περὶ αὐτοῦ, ὡς βλάβη τέ ἐστι τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐρῶντι, καὶ αὖθις ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει; ἄριστα λέγεις. αὕτη μὲν ἡ ῥῆσις ἐν τῷ Φαίδρῳ γέγραπται, διδάσκοντος αὐτοῦ, μηδεμίαν ἀμφισβήτησιν ἔχειν τὰ τοῖς φυσικοῖς κριτηρίοις ἐναργῶς ὑποπίπτοντα, ἐν οἷς δή τοι μηδ᾽ ὅλως ὑποπίπτει τοῖς κριτηρίοις τούτοις, ἢ ἀμυδρῶς ὑποπίπτει, τὴν ἀμφισβήτησιν γίγνεσθαι, καὶ χρὴ γεγυμνάσθαι κατὰ ταῦτα διακρίνοντα τὰς τῶν πραγμάτων ὁμοιότητας. ἔνια γὰρ οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα κατὰ τὰς τῶν ἐν αὐτοῖς ὁμοιότητας, ἢ τὴν παραλλαγὴν, ὡς κατά τι μὲν ὑπάρχειν ὅμοια, κατά τι δ᾽ ἀνόμοια. καὶ χρὴ τῶν τοιούτων διαγνωστικὸν τὸν τεχνίτην εἶναι, ὡς ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ ταχέως δύνασθαι γνωρίζειν, εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοις ἢ ἀνόμοια. ὅπερ οὖν ἀεὶ καὶ λέγοντός μου καὶ γράφοντος ἀκούεις, ἀκούσῃ πάντως καὶ νῦν. ἡ καθόλου μέθοδος χωρὶς τοῦ γυμνασθῆναι κατὰ πολλὰ τῶν ἐν μέρει τεχνίτην ἀγαθὸν οὐχ οἷά τέ ἐστιν ἐργάσασθαι. καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πασῶν ἔνεστί σοι θεάσασθαι τῶν

se dicere concessurum, quae supra dicebas, quod videlicet amato simul atque amanti perniciosum est, ac rursus quod omnium maximum est bonorum? Optime dicis. Haec verba in Phaedro scripta sunt, ubi docet ipse, ne unam quidem dubitationem habere, quae naturalibus judicii instrumentis manifesto subjiciuntur; in quibus vero neutiquam his instrumentis subjiciuntur, aut obscure subjiciuntur, ambiguitatem fieri; ac convenit esse exercitatum eum, qui in his rerum similitudines discernat. Nonnulla enim secundum similitudines vel immutationem eorum, quae ipsis insunt, ita sibi invicem respondent, ut in aliquo sint similia, in aliquo dissimilia; oportetque talia internoscentem esse artificem, ut accurate simul et celeriter queat deprehendere, an inter se similia sint, an dissimilia. Quod igitur semper et dicentem me et scribentem audis, id in praesentia etiam omnino auditurus es. Generalis methodus citra multorum particularium exercitationem bonum efficere artificem non potest: id quod in omnibus ejusmodi licet conspicias, in nonnullis

τοιούτων, ἐπ' ἐνιά γε μὴν οὕτως ἰσχυρὰν δύναμιν ἔχον, ὡς τὴν μὲν καθόλου μέθοδον ἐνιαυτῷ μόνῳ δύνασθαι τελεώτατα μαθεῖν, τὴν δ' ἄσκησιν, εἰ μὴ δι' ὅλου τοῦ βίου γένοιτο, κολούειν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καὶ φαίνεταί γε σαφῶς οὖσα τοιαύτη τέχνη λογιστική τε καὶ ῥητορικὴ, καὶ ἡ διὰ τῶν ὀργάνων ἐνεργοῦσα μουσική. τοσαύτης μὲν οὖν ἀσκήσεως ἀποδεικτικὴ μέθοδος οὐ δεῖται· χρήζει γοῦν οὐκ ὀλίγης καὶ αὐτή. γυμνάζεσθαι γοῦν χρὴ γυμνασίαν καθ' ἑκάστην ἄσκησιν τέχνης ἐν ὕλαις, ὧν τὰς χρησίμους τῷ βίῳ πράξεις δεόμεθα. κἂν γὰρ ὅτι μάλιστα τὴν φύσιν ἀρίστην τις ἔχων εἰς ὁτιοῦν ἔργον ἀμελήσῃ τῆς ἀσκήσεως, οὐδενὸς τῶν ἀπολειπομένων μὲν τῇ φύσει, πλεονεκτούντων δὲ τῇ κατὰ τὴν ἄσκησιν ἐπιμελείᾳ βελτίων ἐστί. νόησον γοῦν τινα τῇ τε τῶν σκελῶν κατασκευῇ καὶ τῇ τοῦ παντὸς σώματος ῥώμῃ κάλλιστα διακείμενον, ἠμεληκότα δὲ τῆς φύσεως εἰς τοσοῦτον, ὡς πρὸς τῷ μηδέποτε δραμεῖν ἔτι κἂν τῷ περιπατεῖν ἀεὶ βλακεύοντα διατελεῖν, ὡς ἀδύνατόν

tamen adeo validam obtinet vim, ut univerſalem methodum uno anno ſolo abſolutiſſime queas diſcere, exercitationem vero, niſi per totam vitam fiat, ad artis opera parum proficere. Atque apparet manifeſto eſſe talis ars ratiocinatrix et rhetorica, item quae per inſtrumenta operatur muſica. Tanta igitur exercitatione demonſtrativa methodus non indiget, etſi ipſa quoque haud exiguam requirat. Itaque laborandum eſt in unaquaque artis exercitatione circa materias, quarum actiones vitae utiles expetimus. Quamvis enim naturam aliquis vel multo praeſtantiſſimam ad quodcunque opus habeat, exercitationem vero negligat, nullo eorum, qui natura deſtituuntur, exercitationis autem cura ac ſedulitate vincunt, praeſtantior eſt. Conſidera igitur quendam crurum ſtructura et totius corporis robore optime diſpoſitum, ſed qui naturam adeo neglexerit, ut, praeter quod nunquam currat, etiam inter ambulandum ſemper vacillet, nullo modo hic

ἐστι τοῦτον Ὀλυμπιονίκην γενέσθαι χωρὶς τοῦ τὴν ἔμπροσθεν ἀργίαν ἀποθέμενον εἰς ἔθος ἑαυτὸν μεταστῆσαι γυμνασίων τῶν κατὰ φύσιν, οὐδὲ τούτων τῶν τυχόντων, ἀλλὰ μάλιστα οἷά ἐστιν οἰκεῖα σκέλεσιν, ὡς, ἐάν γέ τις παραλαβὼν τὸν οὕτως πεφυκότα μεταβαίνειν μὲν ἐπὶ λεπτοῦ σχοινίου διδάξῃ, πρὸς ξύλον δὲ ὄρθιον ἀναῤῥιχᾶσθαι, καθάπερ οἱ θαυματοποιοὶ διδάσκουσι τοὺς μαθητάς, οὐ μόνον οὐκ ἂν ἕλοιτο νίκην Ὀλυμπιονίκην, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων ὠκύτερος ἄν ποτε ὀφθείη. τοῦτ' οὖν Ἱπποκράτει τε καὶ Πλάτωνι γέγραπται, παραδείγματα γράψασιν εἴς τε τὰς τέχνας καὶ πάσας τὰς κατὰ τὸν βίον πράξεις χρήσιμα. παραθήσομαι δὲ ὀλίγα χάριν τοῦ συνοφθῆναι τὴν ἰδέαν αὐτῶν. οὐ μὴν καὶ ἀρκεσθῆναί γε τούτοις ἀξιῶ τοὺς βουλομένους γενέσθαι τεχνίτας κατὰ τὰς τέχνας, ἃς ἂν αὐτοὶ τυγχάνωσιν ἀσκοῦντες, ἀλλὰ γυμνάζεσθαι διὰ παντὸς, ὥσπερ οἱ ῥητορικοὶ γυμνάζονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὑποθέσεις εὑρίσκοντες ἐπιτηδείους εἰς τὴν προκειμένην ἄσκησιν.

in Olympicis victor evadere poterit, nifi, priore fegnitie depofita, ad naturalium exercitationum confuetudinem fe ipfum transferat, neque harum quarumlibet, fed maxime qualis eft cruribus propria. Nam fi quis hoc pacto natum accipiens per funiculum tenuem ambulare doceat, ad lignum autem rectum afcendere, quemadmodum rerum mirabilium geftores illi difcipulos docent, non modo non Olympiorum victoriam retulerit, fed ne vulgaribus quidem hominibus velocior unquam videbitur. Hoc itaque Platoni et Hippocrati proditum eft, qui exempla artibus et omnibus vitae actionibus utilia confcripferunt. Apponam autem pauca, ut fpecies ipforum infpiciatur; non tamen fufficere haec exiftimo iis, qui artifices volunt fieri illarum artium, quafcunque ipfi colant, verum ut exercitentur perpetuo, quemadmodum rhetorici, qui argumenta quotidie propofito inftituto idonea inveniunt.

Ed. Chart. V. [253.] Ed. Baf. I. (331. 332.)

Κεφ. γ'. [253] Εἰλήφθω δὴ παρὰ Πλάτωνος μὲν πρῶτον, ὃ κατὰ τὸ πέμπτον τῆς Πολιτείας ἐδίδαξεν, ἔνθα περὶ τῆς τῶν γυναικῶν φύσεως ἄρχεται τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς ἀνδράσιν ἀξιῶν μετέχειν αὐτὰς, ὡς ἂν καὶ τὴν αὐτὴν ἐχούσας φύσιν, εἶτ' αὐτὸς ἀντιλαμβάνεται τοῦ λόγου. φησὶ δ', οὐκ ἂν ἴσως συγχωρῆσαί τινα τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν ἄῤῥενός τε καὶ θήλεος σώματος, ἐπιδείκνυσί τε, κατὰ τί τὴν αὐτὴν ἔφη. ἔχει δ' ὁ σύμπας λόγος αὐτῷ κατὰ τάδε. τὰς θηλείας τῶν φυλάκων κυνῶν πότερα ξυμφυλάττειν οἰόμεθα δεῖν, ἅπερ ἂν οἱ ἄῤῥενες φυλάττωσι, καὶ ξυνθηρεύειν, καὶ τὰ ἄλλα κοινῇ πράττειν, ἢ τὰς μὲν οἰκουρεῖν ἔνδον ὡς ἀδυνάτους διὰ τὸν τῶν σκυλάκων τόκον τε καὶ τροφὴν, τοὺς δὲ πονεῖν τε καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχειν περὶ τὰ ποίμνια; κοινῇ, ἔφη, πάντα, πλὴν ὡς ἀσθενεστέραις χρώμεθα, τοῖς δ' ὡς ἰσχυροτέροις. οἷόν τ' οὖν, ἔφην ἐγὼ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρῆσθαί τινι ζώῳ, ἐὰν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ (332) παιδείαν ἀποδιδῷς; οὐχ οἷόν τε. εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, τὰ αὐτὰ καὶ διδακτέον

Cap. III. Sumatur jam a Platone primum, quod in quinto de Republica docuit, ubi de natura mulierum incipit, eadem ipſis cum viris ſtudia tractare praecipiens; deinde ipſe ſermonem aggreditur aitque, non conceſſurum fore aliquem, eandem eſſe naturam et maris et foeminae corporis, ac oſtendit, in quo eandem dixerit; tota vero ipſius oratio ſic habet. *Utrum inter canes gregis cuſtodes foeminas ipſas cenſemus una eadem cuſtodire debere, et una venari, ac caetera omnia communiter facere? An foeminas quidem intus quaſi domeſtica aſſervare opera, ut quae nequeant alia obire propter ipſum catulorum partum et nutrimentum, maſculos autem labores ſubire, omnemque armenti curam gerere? Communiter his, inquit, omnia tribuimus, niſi quod foeminis ut imbecillioribus, maribus ut robuſtioribus utimur. Fierine poteſt, ut animali aliquo ad eadem utaris, niſi eadem ratione nutriveris erudierisque? Non profecto. Si ergo foeminis ad eadem utemur ac*

αὐτάς. ναί. μουσικὴ μὲν ἐκείνοις καὶ γυμναστικὴ ἐδόθη. ναί. καὶ ταῖς γυναιξὶν ἄρα τούτω τὼ τέχνα, καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἀποδοτέον τε καὶ χρηστέον κατὰ ταὐτά. ἐν τούτοις καθόλου προειπὼν ὁ Πλάτων, ὅτι τῶν αὐτῶν ἁπάντων ἐστὶ μεταδοτέον τῷ θήλει γένει, μετὰ ταῦτα καὶ περὶ γυμνασίων ὅσα γυμνοὶ γυμναζόμεθα, καὶ περὶ τῆς ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχήσεως, ὅσα τε πολέμων ἕνεκα διδάσκεται καὶ ἀσκεῖται, μετέχειν ἀξιοῖ καὶ τὰς γυναῖκας, ἐπ᾽ αὐτῶν δ᾽ ἀντιλαμβανόμενος τοῦ λόγου τάδε φησί. βούλει οὖν, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἡμεῖς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀμφισβητήσωμεν, ἵνα μὴ ἔρημα τὰ τοῦ ἑτέρου λόγου πολιορκῆται; οὐδὲν, ἔφη, κωλύει. λέγωμεν δὴ ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Γλαύκων, οὐδὲν δεῖ ὑμῖν ἄλλους ἀμφισβητεῖν, αὐτοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικήσεως, ἣν οἰκίζετε πόλιν, ὁμολογεῖτε δεῖν κατὰ φύσιν ἕκαστον ἕνα ἓν τὸ αὑτοῦ πράττειν, ὡμολογήσαμεν, οἶμαι. πῶς γὰρ οὔ; ἔστιν οὖν ὅπως οὐ πάμπολυ διαφέρει γυνὴ ἀνδρὸς τὴν φύσιν; πῶς οὐ διαφέρει; οὐκ οὖν ἄλλο καὶ ἔργον ἑκατέρῳ προσήκει προστάττειν τὸ κατὰ τὴν

viris, in eisdem erudire decet. Certe. Musica autem et gymnastica illis concessa est. Sane. Mulieribus igitur artes hae similiter et res bellicae tribuendae sunt, ad eademque his uti decet. In his generatim Plato praefatus, quod omnia eadem muliebri generi distribuenda sunt, postea etiam de exercitiis, quae nudi obimus, et de equitatu, quaeque bellorum causa docentur exercenturque, censet etiam mulieres aggredi. Porro de ipsis sermonem occipiens, haec ait. *Vis ergo, ut nos aliorum causa nonis ipsis adversemur dubitando, num sine defensione, quae sunt rationis alterius, oppugnentur? Nihil prohibet. Dicam igitur sub eorum persona hunc in modum: Nihil opus est, o Socrates atque Glauco, ut alii vobis repugnent; nam inter vos statim a principio condendae civitatis constitit, oportere secundum naturam unumquemque unum quippiam, quod suum esset, peragere. Constitit, quidni? Estne igitur ubi non longe mulier ipsa natura a viro differt? Cur non differat? Ergo nonne opus utrique aliud pro na-*

ἑαυτοῦ φύσιν; τί μήν; πῶς οὖν οὐχ ἁμαρτάνετε νυνὶ, καὶ τἀναντία ὑμῖν αὐτοῖς λέγετε φάσκοντες αὖ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας δεῖν τὰ αὐτὰ πράττειν, πλεῖστον κεχωρισμένην φύσιν ἔχοντας; ἕξεις τι, ὦ θαυμάσιε, πρὸς ταῦτ᾽ ἀπολογεῖσθαι; ἐν τούτοις εἰπών τινα περὶ τῆς ἀντιλογικῆς δυνάμεως, ἐφεξῆς γράφει τὴν ῥῆσιν τῆς ἀντιλογίας ὧδέ πως. κινδυνεύομεν οὖν ἄκοντες ἀντιλογίας ἅπτεσθαι. πῶς; τὸ τὴν αὐτὴν φύσιν, ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ ἐπιτηδευμάτων τυγχάνειν, πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα διώκομεν, ἐπεσκεψάμεθα δὲ οὐδ᾽ ὁτιοῦν, τί εἶδος τὸ τῆς ἑτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως, καὶ πρὸς τί τεῖνον ὡριζόμεθα τότε τὰ ἐπιτηδεύματα ἄλλῃ φύσει ἄλλα, τῇ δὲ αὐτῇ τὰ αὐτὰ ἀπεδίδομεν. οὐ γὰρ οὖν, ἔφη, ἐπεσκεψάμεθα. τοιγάρτοι, εἶπον, ἔξεστιν ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἀνερωτᾷν ἡμᾶς αὐτοὺς, εἰ ἡ αὐτὴ φύσις φαλακρῶν καὶ κομητῶν, καὶ οὐχ ἡ ἐναντία, καὶ ἐπειδὰν ὁμολογῶμεν, ἐναντίαν εἶναι, ἐὰν φαλακροὶ σκυ-

tura utriusque est tribuendum? Procul dubio. Quomodo igitur aberratis nunc vobisque ipsi contradicitis, quandoquidem affirmatis, viros et mulieres oportere eadem operari, cum tamen natura valde inter se discrepent? Habebisne, o vir mirifice, quid ad haec respondeas? Quum is quaedam de facultate contradictoria dixisset, deinceps subjungit verba contradictionis hunc in modum. *Adducimur sane inviti contradictionem attingere. Qua ratione? quod natura eadem opera eadem tractare non debeat, fortiter admodum et contentiose, si verba inspicias, contendimus. Consideravimus autem nullo pacto, quae species alterius ejusdemve naturae sit, et quorsum respicientes tunc descripserimus, quando diversae naturae studia diversa, eidem vero eadem attribuebamus. Certe nequaquam id cogitavimus. Caeterum licet nobis, ut videtur, a nobis ipsis exquirere, numquid eadem natura calvorum sit et comatorum, an contraria potius; ac postquam concesserimus, esse contrariam, si calvi coria incidant, calceosque conficiant, haudquaquam*

τοτομῶσι, μὴ ἐᾷν κομήτας, ἐὰν δ' αὖ κομῆται, μὴ τοὺς ἑτέρους. [254] γελοῖον μὲν τἂν εἴη, ἔφη. ἆρα καὶ ἄλλο τι, εἶπον ἐγὼ, γελοῖον, ἢ ὅτι τότε οὐ πάντως τὴν αὐτὴν καὶ τὴν ἑτέραν φύσιν ἐτιθέμεθα, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος τῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως μόνον ἐφυλάττομεν τὸ πρὸς αὐτὰ τεῖνον τὰ ἐπιτηδεύματα; οἷον ἰατρικὸν μὲν καὶ ἰατρικὴν τὴν ψυχὴν ἔχοντα τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν ἐλέγομεν. ἢ οὐκ οἴει; ἔγωγε. ἰατρικὸν δέ γε καὶ τεκτονικὸν ἄλλην; πάντως που. οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, ἐὰν μὲν πρὸς τέχνην τινὰ ἢ ἄλλο ἐπιτήδευμα διαφέρον φαίνηται, τοῦτο δὴ φήσομεν ἑκατέρῳ δεῖν ἀποδιδόναι, ἐὰν δ' αὐτῷ τούτῳ φαίνηται διαφέρειν, τῷ τὸ μὲν θῆλυ τίκτειν, τὸ δ' ἄῤῥεν ὀχεύειν, οὐδέν τί πω φήσομεν μᾶλλον ἀποδεδεῖχθαι, ὡς πρὸς ὃ ἡμεῖς λέγομεν διαφέρει γυνὴ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἔτι οἰησόμεθα δεῖν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας ἡμῶν καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν. καὶ ὀρθῶς γ', ἔφην. οὐκοῦν μετὰ τοῦτο

sinere comatos homines eadem facere, sin autem comati, calvos nequaquam permittere. At ridiculum id esset, inquit. An ob aliud ridendum istud, quam quod tunc non omnino eandem et diversam naturam posuimus, sed illam duntaxat dissimilitudinis et similitudinis speciem observavimus, quae ad ipsa eadem studia pertinebat? quemadmodum medicum et hominem habentem animum idoneum medicinae studiis naturam eandem habere diximus. An non censes? Equidem. Medicum vero et architectum aliam? Omnino. Quare virorum mulierumque genus si ad artem aliquam aut studium aliud inter se in aliquo differre videantur, hoc utrique assignandum esse dicemus; sin autem hoc ipso duntaxat discrepare invicem videantur, quod foemina quidem concipit, vir gignit, nihilo magis admittemus ostensum fuisse, quantum ad id, de quo nunc nos loquimur, spectat, quod a viro foemina differat, sed adhuc censebimus, tam custodes nostros quam mulieres ipsorum eadem apud nos exercere debere. Recte nimirum. Nonne

κελεύομεν τὸν τὰ ἐναντία λέγοντα τοῦτο αὐτὸ διδάσκειν ἡμᾶς, πρὸς τίνα τέχνην ἢ τί ἐπιτήδευμα τῶν περὶ πόλεως κατασκευὴν, οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἑτέρα φύσις γυναικός τε καὶ ἀνδρός. δίκαιόν γ' οὖν. τάχα τοίνυν ἂν, ὅπερ σὺ ὀλίγῳ πρότερον ἔλεγες, εἴποι ἂν καὶ ἄλλος, ὅτι ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα ἱκανῶς εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπισκεψαμένῳ δὲ οὐδὲν χαλεπόν. εἴποι γὰρ ἄν. βούλει οὖν δεώμεθα τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀντιλέγοντός μοι ἀκολουθῆσαι ἡμῖν, ἐάν πως ἡμεῖς ἐκεῖνο ἐνδειξώμεθα, ὅτι οὐδέν ἐστιν ἐπιτήδευμα ἴδιον γυναικὶ πρὸς διοίκησιν πόλεως; πάνυ γε. ἴθι δὴ, φήσομεν πρὸς αὐτὸν, ἀποκρίνου· ἆρ' οὕτως ἔλεγες, τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς, καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπιπολὺ εὑρετικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν, ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης μηδὲ ἃ ἔμαθε σώζοιτο, καὶ τῷ μὲν τὰ τοῦ σώματος ἱκανῶς ὑπηρετοῖ τῇ διανοίᾳ, τῷ δ' ἐναντιοῖτο. ἆρα

post haec jubemus eum, qui contraria dicit, hoc ipsum nobis ostendere, ad quam artem quodve officium ex iis, quae instituendae civitati conducunt, non eadem sit, sed diversa viri mulierisve natura? Sic utique decet. Forte, quod tu paulo ante dicebas, alius quoque dicere poterit, subito quidem, quantum satis sit, dicere non facile esse, sin autem cogitetur, haud multum difficile. Diceret utique. Vis ergo oremus eum, qui haec nobis opponit, ut aures nobis praebeat, attendatque, si qua ratione ostendere queamus, nullum esse studium ad gubernandam civitatem mulieri proprium? Omnino. Age itaque, dicamus ad eum, responde, numquid ita dicebas, ad aliquod opus aliquem dextro sinistroque ingenio praeditum esse, ex eo intelligi, quod ille facile quippiam addiscit, ille difficile, et hic, si exiguum quid ab aliquo didicerit, ex eo ipse plurimum inveniat, ille vero, cum plura didicerit meditatusque sit, paulo post obliviscitur, atque alteri corporis membra abunde menti subserviunt, alteri contra. An alia praeter haec sunt, quibus homi-

ἀλλ' ἅττα ἐστὶν, ἢ ταῦτα, οἷς τὸν εὐφυῆ πρὸς ἕκαστα καὶ τὸν μὴ ὡρίζου; οὐδεὶς, ἦ δ' ὅς, ἄλλα φήσει. οἶσθά τι οὖν ὑπὸ ἀνθρώπων μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος διαφερόντως ἔχει τοῦ τῶν γυναικῶν; ἢ μακρολογοῦμεν τήν θ' ὑφαντικὴν λέγοντες καὶ τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἑψημάτων θεραπείαν, ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι, οὗ καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάμπολυ ἡττώμενον; ἀληθῆ λέγεις, ἔφη, ὅτι πολυκρατεῖται ἐν ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ γένος τοῦ γένους. γυναῖκες μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους εἰς πολλὰ, τὸ δ' ὅλον ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. οὐδέν ἐστιν ἄρα, ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων γυναικὸς, διότι γυνὴ, οὐδὲ ἀνδρὸς, διότι ἀνὴρ, ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν, καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δ' ἀνὴρ, ἐπὶ πᾶσι δ' ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. πάνυ γε. τί οὖν ἀνδράσι ταῦτα προστάξομεν, γυναικὶ δ' οὐδέν; ἢ καὶ πῶς; ἀλλ' ἔστι γὰρ, οἶμαι, ὡς

nem aliqua indole bona praeditum a mala praedito distinguis? Nullus alia dixerit. Nostine, aliquid ab hominibus exerceri, in quo non omnia eadem virorum genus et excellentius habeat, quam mulierum genus? An late verbis vagabimur, texendi artificium commemorantes, placentarumque et obsoniorum confectionem, in quibus aliquid esse genus mulierum videtur, ubi maxime ridiculum sane apparet, quum vincitur? Vera loqueris, quia longe in omnibus (ut sic dixerim) genus a genere superatur. Mulieres autem multae multis viris ad multa praestantiores. Totum ita habet, ut dicis. Nullum igitur est, o amice, inter eos, qui civitatem gubernant, studium mulieris proprium, qua mulier est, aut viri proprium, qua vir, sed aeque dispersae in animantibus utriusque naturae, et omnium studiorum natura compos est mulier; item et vir; in omnibus autem foemina imbecillior viro. Sic est prorsus. Quid igitur? viris omnia praecipiemus, mulieri autem nihil? At quomodo? Est utique, ut nos affirmamus, inter mulieres quoque alia medicinae

φήσομεν, καὶ γυνὴ ἰατρικὴ, ἣ δ' οὔ, καὶ μουσικὴ, ἣ δ' ἄμουσος φύσει. τί μήν; γυμναστικὴ δὲ ἄρ' ἢ καὶ πολεμικὴ, ἣ δὲ ἀπόλεμος καὶ οὐ φιλογυμναστική; οἶμαι ἔγωγε. τί δὲ φιλόσοφός τε καὶ θυμοειδὴς, ἣ δὲ ἄθυμος καὶ μισόσοφος; ἔστι καὶ ταῦτα. ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνὴ, ἣ δ' οὔ. ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν φύσιν ἐξελεξάμεθα; τοιαύτην μὲν οὖν. καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἡ μὲν ἀσθενεστέρα, ὁ δ' ἰσχυρότερός ἐστι. φαίνεται. [255] καὶ γυναῖκες ἄρα τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ φυλάττειν, ἐπεί πέρ εἰσιν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. πάνυ γε. τὰ δ' ἐπιτηδεύματα οὐ ταὐτὰ ἀποδοτέα ταῖς αὐταῖς φύσεσι; ταὐτά. ἥκομεν ἄρα εἰς τὰ πρότερα περιφερόμενοι καὶ ὁμολογοῦμεν, μὴ παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδόναι. παντάπασι μὲν οὖν. ἐν τούτοις ἅπασιν ἐφ' ἑνὸς παραδείγματος τοῦ τῶν γυναικῶν

apta, alia minime, alia muſicae, alia a Muſis natura abhorret. Quidni? Et alia quidem ad exercitationes gymnaſticas et rem militarem prompta, alia vero ad haec inepta. Sic arbitror. An non una quidem ſapientiae ſtudioſa eſt, altera ſapientiam ſpernit? et una elato animo, altera demiſſo? Et his aſſentior. Eſt ergo et inter foeminas quaedam ad cuſtodiendum idonea, quaedam minime. An non naturam quandam hujusmodi civitatem cuſtodientium virorum elegimus? Ejusmodi certe. Mulieris itaque et viri eadem ad cuſtodiendam civitatem natura, niſi quod haec imbecillior, illa robuſtior exiſtat. Ita apparet. Mulieres itaque tales eligendae ſunt, ut una cum viris et colant et cuſtodiant civitatem, poſtquam idoneae ſunt et natura ipſis cognatae. Omnino. Studia vero nonne eadem eisdem naturis ſunt tribuenda? Eadem. Venimus igitur ad priora illa longo circuitu, fatemurque, non eſſe contra naturam, ut cuſtodum mulieres muſicam et gymnaſticam exerceantur. Prorſus. In his omnibus uno exemplo mulierum exer-

ἐγύμνασεν ἡμᾶς εὑρετικούς τε καὶ διακριτικοὺς εἶναι, κατὰ τί μὲν ὅμοια ταῖς φύσεσίν ἐστι, κατὰ τί δ' ἀνόμοια τὰ παραβαλλόμενα. γυναῖκες γὰρ ἀνδράσιν ὁμοῖαι μέν εἰσιν, καθὸ καὶ αὐταὶ ὑπάρχουσι λογικὰ ζῶα, τουτέστιν ἐπιστήμης δεκτικά· καθ' ὅσον δὲ τὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν γένος ἰσχυρότερον ὑπάρχει καὶ εἰς ἅπαν ἔργον τε καὶ μάθημα βέλτιον, αἱ γυναῖκες δ' ἀσθενέστεραί τε καὶ χείρους, ἀνόμοιαί γε κατὰ τοῦτ' εἰσιν· ὥσπερ γε πάλιν ἐναντίως ἔχουσι, καθ' ὅσον αὗται μὲν ὑπάρχουσι θήλειαι, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς κύησιν ἐπιτήδεια ταῖς μὲν γυναιξίν ἐστι μόρι' ἄττα τοῦ σώματος ὑπὸ τῆς φύσεως παρεσκευασμένα, τοῖς δ' ἄῤῥεσιν οὐκ ἔστιν. ὥστ' ἀληθῶς ἄν τις φαίη, κατά τι μὲν ὁμοίως διακεῖσθαι τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι, κατά τι δ' ἐναντίως. ἐπειδὰν μὲν οὖν (333) τις κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν μετάβασιν ἀπὸ θατέρου ποιῆται πρὸς τὸ ἕτερον, ἀληθεύσει, ἐπειδὰν δὲ κατὰ τὴν ἀνομοιότητα, ψεύσεται, καὶ πολὺ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐναντίωσιν. ὡς γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον ἔγραψε, κελεύων ἡμᾶς ἐξ ἀρχῆς ἢ ὅμοια ἢ ἀνό-

cuit nos, quomodo invenire ac discernere possimus, in quo quidem similia naturis, in quo dissimilia ea, quae conferuntur, existant. Nam mulieres viris similes quidem sunt, quatenus et hae animalia existunt rationalia, hoc est scientiae capacia; quatenus autem virorum genus fortius est, et ad omne opus et disciplinam praestantius, mulieres autem imbecilliores deterioresque, dissimiles in hoc existunt; quemadmodum rursus e contrario habent, quatenus hae quidem sunt foeminae, eoque ad concipiendum idoneae; mulieribus autem certae quaedam sunt corporis partes a natura constructae, masculis autem non sunt. Quare vere aliquis dixerit, in aliquo mulieres viris respondere structura simili, in aliquo contra. Quum igitur aliquis secundum similitudinem ab alio ad aliud transgreditur, vera dicet. Ubi autem secundum dissimilitudinem, mentietur, et multo magis secundum contrarietatem. Ut enim Hippocrates in opere de re medica prodidit, praecipiens nos ab initio, an similia vel dissimilia

μοια σκοπεῖσθαι, προσέθηκε δὲ ἐν τῷ Προγνωστικῷ καὶ τὸ ἐναντίον οἷς ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τὸ δ᾽ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου δεινότατον, οὕτως φαίνεται καὶ ὁ Πλάτων τὴν ἀπόδειξιν πεποιημένος ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει.

Κεφ. δ΄. Προσθῶμεν οὖν ἔτι καὶ ἄλλο τῶν ὑφ᾽ Ἱπποκράτους γεγραμμένων παραδείγματος ἕνεκα τοῦ διακρίνειν ἐν τοῖς παραβαλλομένοις ὅσον καθ᾽ ὅμοιόν ἐστι, καὶ ὅσον ἀνόμοιον. ἔστι δ᾽ ἡ λέξις ἐκ τοῦ περὶ ἄρθρων συγγράμματος ὧδέ πως ἔχουσα. γιγνώσκειν δ᾽, εἰ ἐκπέπτωκεν ὁ βραχίων, τοῖσι χρὴ τοῖσι σημείοισι. τοῦτο μὲν, ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὰ σκέλη, παραδείγματι χρὴ χρῆσθαι τῷ ὑγιεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑγιὲς, μὴ τὰ ἀλλότρια ἄρθρα καθορῶντα, (ἄλλοι γὰρ μᾶλλον ἄλλων ἔξαρθροι πεφύκασιν,) ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος, ὂν ἀνόμοιον τὸ ὑγιὲς τῷ κάμνοντι. καὶ τοῦτο εἴρηται μὲν ὀρθῶς. παραξύνεσιν δ᾽ ἔχει πάνυ πολλὴν διὰ τοιαῦτα, καὶ οὐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης, ἢ καὶ ὑπὸ ἀλλοίης

sint, contemplari, apposuit in Opere Prognostico etiam contrarium iis, quae in facie enumeravit: Quod maxime contrarium est simili, pessimum est. Sic et Plato videtur demonstrationem in oratione superius comprehensa fecisse.

Cap. IV. Adjungamus igitur et aliud adhuc ex Hippocratis scriptis exempli gratia, ut discernamus, quid simile et quid dissimile existat. Verba ipsius ex commentario de articulis haec sunt. *An brachium exciderit, his notis cognoscendum est. Hoc sane, quum dextrum habent corpus homines, manus et crura, exemplo convenit uti sano ad non sanum, non alienos articulos inspiciendo, (alii siquidem aliis magis sunt exarticulati,) sed ipsius aegrotantis, an sanum laboranti sit dissimile. Atque hoc sane dictum est recte. Verum deceptionem non exiguam propter talia continet. Ac non satis est sermone tantum persequi hanc artem, verum et usu tractare oportet. Nam multi prae dolore vel alia etiam*

προφάσιος, οὐκ ἐξεστεώτων αὐτοῖσι τῶν ἄρθρων, ὅμως οὐ δύνανται εἰς τὰ ὅμοια σχήματα καθεστάναι, ἐς οἷά περ τὸ ὑγιεινὸν σῶμα σχηματίζεται. προξυνιέναι οὖν καὶ ἐννοεῖν καὶ τὸ τοιόνδε σχῆμα χρή. ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ μασχάλῃ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος φέρεται ἐγκειμένη πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἐκπεπτωκότος, ἢ τοῦ ὑγιέος. τοῦτο δ᾽ ἄνωθεν κατὰ τὴν ἐπωμίδα κοῖλον φαίνεται τὸ χωρίον, καὶ τὸ τοῦ ἀκρωμίου ὀστέον ἐξέχον φαίνεται, ἅτε ὑποδεδυκότος ἤδη τοῦ ἄρθρου ἐς τὸ κάτω τοῦ χωρίου. παραξύνεσιν μὴν κἂν τούτῳ ἔχει τινά. ἀλλ᾽ ὕστερον περὶ αὐτοῦ γραφήσεται, ἄξιον γὰρ γραφῆς ἐστι. τούτου δὲ τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν φαίνεται [256] ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου. εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μὲν, ἐπιπόνως δέ. τοῦτο δ᾽ ἄνωθεν τὴν χεῖρα ἆραι εὐθεῖαν παρὰ τὸ οὖς, ἐκτεταμένου τοῦ ἀγκῶνος, οὐ μᾶλλον δύνανται, ὥσπερ τὴν ὑγιέα, οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἱπποκράτους ῥῆσις ἡ αὐτὴ τῇ κατὰ τὸ Προγνωστικόν. ὡς γὰρ ἐκεῖ τὸ πρόσωπον ἡμᾶς τοῦ νοσοῦντος ἐκέλευσε σκοπεῖ-

occasione, articuli quamvis non excesserint ipsis loco, nequeunt tamen in similes ipsis figuras reverti, ac subsistere, quomodo sanum corpus figuratur. Itaque perpendere prius et considerare etiam talem figuram oportet. Sed in scapulis caput brachii insitum fertur multo magis elapsi, quam sani. Hic autem superiori parte in clavicula cava apparet regio, et os summi humeri excedere videtur, tanquam articulo jam in internam partem submerso; deceptionem tamen etiam in hoc aliquam habet. Verum de hoc postea scribetur, dignum enim est, cujus fiat mentio. Hoc elapso, interior cubitus apparet recedere magis a costis, quam ab altero. Si vero aliquis adigat, adducitur quidem, sed laboriose. In hoc autem manum recta ad aurem cubito extenso attollere non magis possunt, quam sanam, neque circumducere huc et illuc similiter. Haec sane Hippocratis verba sunt similia iis, quae in Opere Prognostico tradit. Quemadmodum enim illic faciem nos aegrotantis jussit inspicere, utrum similis sit an dissimi-

σθαι, πότερον ὅμοιόν ἐστιν ἢ ἀνόμοιον τῷ τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δ᾽ εἰ αὐτὸ ἑαυτῷ, οὕτως νῦν τὸ ἐκπεπτωκὸς ἄρθρον τῷ ὑγιεῖ παραβάλλει τὴν παραβολὴν ποιούμενος ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πεπονθότος ἀνθρώπου· ἀπάτη γὰρ, ἣν παραξύνεσιν ὠνόμασε, γίγνεται πολλάκις, ἐὰν τοῖς ἀλλοτρίοις ἄρθροις παραβάλλῃς αὐτό. καὶ μέντοι καὶ ὡς ἐκ τῶν κατὰ μέρος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ φύσιν ἔχοντι τό γε πεπονθὸς, ἔνεστι διαγνῶναι, καθάπερ ἐν τῷ Προγνωστικῷ διῆλθεν, οὕτως κἀνταῦθα, τὰ μὲν ἄλλα γράψας καλῶς, ἐν ᾧ δ᾽ ἄν τι σφαλείη διὰ τὴν πρὸς τὸ ἐξηρθρηκὸς ὁμοιότητα, τοῦτ᾽ ἐπισημηνάμενος, ὡς παραξύνεσιν ἔχον καὶ αὐτό. ταπεινὴ γὰρ ἡ ἐπωμὶς οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων ἐστὶν, ἀλλὰ κἀπὶ τῶν ἀπόσπασμα κατὰ τὸ ἀκρώμιον ἐχόντων, ὥστε συγχεῖσθαι κατὰ τοῦτο τὴν διάγνωσιν τῶν ἐξαρθρημάτων, εἰς κοινὸν σημεῖον ἀφικνουμένην τοῖς ἀπεσπασμένον ἔχουσι τὸ ἀκρώμιον. ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν, ὅπερ καθόλου διὰ τοῦ κατ᾽ ἰητρεῖον ἀπεφήνατο, τοῦτο νῦν ἑνὸς εἴδους ἐποίησεν, ἐπιδείξας οὐ μόνον ᾗ ὅμοια τὰ σημεῖα τῶν δύο παθῶν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ

lis ſanis, praeſertim an ipſa ſibi reſpondeat, ita nunc elapſum articulum ſano comparat, comparatione in ipſo affecto homine facta. Deceptio enim, quam falſam notitiam vocant, frequenter accidit, ſi alienis articulis ipſum conferas. Quin etiam ex particularibus, an ſimilis ſit naturaliter habenti affectus, licet dignoſcere; quemadmodum in Opere Prognoſtico percenſuit, ita et hic, alia quidem recte ſcribens; in quo autem quis nonnihil aberraret propter ſimilitudinem ad luxatum, id ſignificans, quomodo et ipſum deceptionem habeat. Humilis enim clavicula non ſolum in luxatis eſt, ſed etiam qui divulſionem in ſummo humero ſuſtinent, ut in hoc confundatur dignotio luxationum, quae ſignum commune ſortitur iis, qui ſummum humerum habent avulſum. Sed hic quoque rurſus, quod generatim in opere de re medica pronunciavit, id nunc unius ſpeciei fecit, oſtendens non ſolum quatenus ſimilia duorum affectuum ſunt,

ἡ ἀνόμοια. κοίλη μὲν οὖν ἡ ἐπωμὶς ἐπ' ἀμφοῖν φαίνεται, τῶν δὲ ἄλλων συμπτωμάτων, ὧν τὸν κατάλογον ἔγραψεν ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων ὤμων, οὐδὲν συμβαίνει κατὰ τὰ τῶν ἀκρωμίων ἀποσπάσματα, περὶ ὧν κατὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν οὕτως εἶπε. τούτου δὲ τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν φαίνεται ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρῶν, ἢ τοῦ ἑτέρου. εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μὲν, ἐπιπόνως δέ. τοῦτο δὲ ἄνω ἀεῖραι τὴν χεῖρα ἰθεῖαν παρὰ τὸ οὖς, ἐκτεταμένου τοῦ ἀγκῶνος, οὐ μάλα δύναται, ὥσπερ καὶ τὴν ὑγιέα, οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως. ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἐξηθρηκότων φαίνεται γιγνόμενα, μηδὲν τοιοῦτον πασχόντων, οἷς ἀπέσπασται τὸ ἀκρώμιον· μόνοις γὰρ αὐτοῖς κοινόν ἐστι τὸ τὴν ἐπωμίδα φαίνεσθαι κοίλην. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ κοινὸν οὐ μόνον ὁμοιότης, ἀλλὰ καὶ ἀνομοιότης· φαίνεται γὰρ ὁ τόπος ὢν ταπεινότερος, οὐ μὴν καὶ γεγονώς γε κατὰ ἀλήθειαν ἑαυτοῦ ταπεινότερος, ὡς ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων ὤμων. ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ, τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος εἰς τὴν μασχάλην καταπεσούσης, ὁ πρότερον ὑπάρχων

ſed etiam quatenus diſſimilia. Cava igitur clavicula in utrisque apparet. Ex aliis autem ſymptomatis, quae enumeravit in luxatis articulis, nullum in ſummorum humerorum avulſionibus accidit, de quibus ad praeſcripta verba ita ait. *Hoc elapſo, interior cubitus recedere magis a coſtis quam ab altero videtur. Si vero quis compellat, adducitur quidem, ſed cum dolore. In hoc ſurſum manum tollere recta ad aurem cubito extenſo non admodum poteſt, quemadmodum et ſanam ne adducere quidem huc et illuc ſimiliter.* Haec in luxatis fieri apparent, quum nihil ejusmodi accidat iis, quibus ſummus humerus avulſus eſt. Quippe ſolis ipſis commune eſt claviculam apparere concavam. Eſt autem et in hoc commune non modo ſimilitudo, ſed etiam diſſimilitudo. Nam locus videtur eſſe humilior, cum tamen re vera non ſit humilior, quam fuerit affectus, ut in luxatis humeris. In illis enim, capite brachii in ſcapulas delapſo, tumor primum clavicularum loco eminens vere evanuit;

ὄγκος ἐν τῷ κατὰ τὴν ἐπωμίδα τόπῳ κατ᾽ ἀλήθειαν ἀπόλωλεν, ἐν δὲ τοῖς ἀποσπάσμασιν οὗτος μὲν ὁ αὐτὸς διαμένει, μεταστάντος δ᾽ εἰς ὕψος τοῦ ἀκρωμίου, φαντασία ψευδὴς γίγνεται τῆς τοῦ τόπου ταπεινώσεως. ἴσως οὖν ἄμεινόν ἐστι καὶ μίαν ἄλλην ἔτι παραγράψαι ῥῆσιν ἐκ τοῦ περὶ ἄρθρων, ἐν ᾗ καθ᾽ ἓν πάθος ἐπιδείκνυσιν ὁ Ἱπποκράτης ὁμοιότητά τε καὶ ἀνομοιότητα σφάλλουσαν τοὺς πολλοὺς τῶν ἰατρῶν. ὅταν τις ἐξαρθρήσῃ σπόνδυλος εἰς τὸ πρόσω ταπεινὸν, κατὰ τοῦτο γίγνεται τὸ χωρίον τῆς ῥάχεως. ἐνίοτε δὲ, περιθραυσθεισῶν τῶν κατὰ τοὺς σπονδύλους ὀπισθίων ἀποφύσεων, ἐξ ὧν ἡ τῆς ῥάχεως ἄκρα γεννᾶται, κοῖλος καὶ ταπεινὸς ὁ τόπος φαίνεται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων εἰς τὸ πρόσω σπονδύλων. ἔστι δὲ τοῦτο μὲν τὸ πάθος εὐιατότατον, ὀλεθριώτατον δὲ τὸ ἕτερον. ἀγνοοῦντας δὲ τῶν ἰατρῶν ἐνίους τὴν διαφορὰν αὐτῶν ὁ Ἱπποκράτης φησὶν οἴεσθαι τεθεραπευκέναι ῥᾳδίως τὴν εἰς τὰ πρόσω τῶν σπονδύλων μετάστασιν. ὀνομάζει δὲ τὴν εἰς τὸ πρόσω ταύτην, οὐ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἔσω καλῶν, ἔσω μὲν δηλονότι τὸ βάθος τοῦ σώματος, [257] ἔξω δὲ τὸ ἐπιπολῆς ὄπισθέν

in avulſionibus autem hic quidem ipſe permanet, ſed humero ſummo in altum traducto, falſa loci depreſſionis imaginatio oboritur. Forſitan praeſtiterit etiam aliam unam adhuc ſententiam aſcribere ex commentario de articulis, ubi in uno affectu Hippocrates oſtendit ſimilitudinem et diſſimilitudinem plerosque medicos fallere. Quum aliqua vertebra luxata fuerit in anteriora, juxta eam ſpinae locus humilis efficitur; nonnunquam et poſterioribus vertebrarum proceſſibus refractis, unde ſpinae elevatio fit, mancus et depreſſus locus apparet, quemadmodum in vertebris in anteriora luxatis. Eſt autem hic affectus curatu facillimus, alter vero pernicioſiſſimus: quorum differentiam ignorantes nonnullos medicos Hippocrates ait putare vertebrarum in anteriora prolapſum curaſſe ex facili. Nominat porro hunc in priora tranſitum, non ita ſolum, ſed etiam ad interiora, intra ſane profunditatem corporis, extra autem ſuperficiem

τε καὶ πρόσθεν. ἔστι δ' ἡ ῥῆσις αὐτοῦ, καθ' ἣν γέγραπται ταῦτα, αὕτη. ἐκ δὲ τοῦ ὄπισθεν οὐ ῥηΐδιον τοιαύτην ἐξίλασιν γενέσθαι εἰς τὸ εἴσω, εἰ μὴ ὑπέρβαρύ τι ἄχθος ἐμπέσοι. τῶν τε γὰρ ὀστέων τῶν ἐκπεφυκότων ἔξωθεν ἕκαστον τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε πρόσθεν ἂν αὐτὸ καταγείη, πρὶν ἢ μεγάλην ῥοπὴν εἴσω ποιῆσαι, τούς τε ξυνδέσμους βιασάμενον καὶ τὰ ἄρθρα τὰ ἐνηλλαγμένα, ὅ τε αὖ νωτιαῖος πονοίη ἂν, εἰ ἐξ ὀλίγου χωρίου τὴν περικαμπὴν ἔχοι, τοιαύτην ἐξίλασιν ἐξαλλομένου σπονδύλου, ὅ τε ἐκπηδήσας σπόνδυλος πιέζοι ἂν τὸν νωτιαῖον, εἰ μὴ καὶ ἀποῤῥήξειε, πιεσθεὶς δ' ἂν καὶ ἀπολελαμμένος πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ ἐπικαίρων ἀπονάρκωσιν ποιήσειεν. ὥστ' οὐκ ἂν μέλοι τῷ ἰατρῷ ὅπως χρὴ τὸν σπόνδυλον κατορθῶσαι, πολλῶν καὶ βιαίων ἄλλων κακῶν παρεόντων. ὥστε δὴ οὐδ' ἐμβαλεῖν οἷόν τε οὔτε κατασείσειν, οὔτ' ἄλλῳ οὐδενὶ τρόπῳ πρόδηλον τῶν τοιούτων, εἰ μή τις διατεμὼν τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα ἐμβαλόμενος ἐς τὴν κοιλίην ἐκ τοῦ εἴσωθεν τῇ χειρὶ ἐς τὸ ἔξω ἀντωθέοι. κἀνταῦθα νεκρῷ μὲν οἷόν τε ποιέειν, ζῶντι

ante et post. Oratio ipsius est haec, qua illa tradidit. *Ex posteriori parte non facile est hujusmodi luxationem in anteriora fieri, nisi pergrave aliquod pondus incidat. Nam ex ossibus extrinsecus enatis unumquodque tale est, ut anterius ipsum frangatur, priusquam multum intro declinaverit, et ligamenta violenter adigens, et articulos e sede sua in aliam motos. Item spinalis medulla laborat, si modice e loco inflectatur, vertebra in eum modum exiliente; item vertebra luxata comprimit spinalem medullam, nisi etiam abruperit, pressa vero et gravata hac, multorum magnorum et insignium membrorum stuporem efficeret. Quare non poterit medicus, quomodo oportet, vertebram dirigere, multis violentisque aliis malis instantibus, ac ideo quod ne inserere quidem liceat, neque conquassare, neque alio ullo modo, constat, nisi quis, dissecto homine, deinde injecta in cavitatem ab interiori parte manu, foras repellat. Atque haec mor-*

δ' οὐ πάνυ. διὰ τί δὲ ταῦτα γράφω; ὅτι οἴονταί τινες ἰητρευκέναι τοὺς ἀνθρώπους (334), οἷσιν ἔσωθεν ἔπεσον σπόνδυλοι τελέως ὑπερβάντες τὰ ἄρθρα. καίτοι ῥηΐστην εἰς τὸ περιγένέσθαι τῶν διαστροφέων ταύτην ἔνιοι νομίζουσι καὶ οὐδὲν δέεσθαι ἐμβολῆς, ἀλλ' αὐτομάτως ὑγιέα γενέσθαι τὰ τοιαῦτα. ἀγνοοῦσι δὲ πολὺ, καὶ κερδαίνουσιν, ὅτι ἀγνοοῦσι. πείθουσι γὰρ τοὺς πέλας, ἐξαπατῶνται δὲ διὰ τόδε· οἴονται τὴν ἄκανθαν τὴν ἐξέχουσαν κατὰ τὴν ῥάχιν ταύτην τοῦ σπονδύλου αὐτὰς εἶναι, ὅτι στρογγύλον αὐτῶν ἕκαστον φαίνεται ψαυόμενον, ἀγνοοῦντες, ὅτι τὰ ὀστέα ταῦτά ἐστι τὰ ἀπὸ τῶν σπονδύλων πεφυκότα, περὶ ὧν ὀλίγῳ ἔμπροσθεν εἴρηται. οἷσι δὲ σπόνδυλοι πολλοὶ προσωτέρω ἄπεισι, στενοτάτην γὰρ πάντων ζώων ἄνθρωπος κοιλίην ἔχει, ὡς ἐπὶ μεγέθει ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ὅτι καὶ κατὰ τὸ στῆθος. ὅταν οὖν τι τούτων τῶν ὀστέων τῶν ὑπερεχόντων ἰσχυρῶς καταγῇ, ἤν τε ἓν, ἤν τε πλείω, ταύτῃ ταπεινότερον τὸ χωρίον γίνεται, ἢ τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. διὰ

tuo licet facere, vivo non admodum. Cur autem haec scribo? quoniam putant nonnulli, homines se sanasse, quibus ab interiore parte vertebrae inciderant, omnino articulos praetergressi. Atqui facillimam curatu distortionem hanc quidam putant, ac nihil indigere injectione, sed sponte sua ejusmodi sanos fieri. Ignorant autem multum, et hoc lucrantur, quod ignorant. Nam proximis suadent, sed propter hoc decipiuntur. Putant, spinam excedentem in dorso hoc vertebras ipsas esse, quoniam singulae rotundae ad tactum apparent, ignorantes, quod ossa haec sint a vertebris profecta, de quibus paulo ante dictum est, at quibus vertebrae multae in anteriora recedunt, arctissimum enim inter omnia animantia homo sinum habet, quantum ad magnitudinem attinet, a posterioribus in anteriora, aliquando etiam in pectore. Quum igitur aliquod ex his ossibus eminentibus valide confractum fuerit, sive unum, sive plura, hac depressior locus efficitur, vel hinc, vel inde; propterea decipiuntur, dum

τοῦτο ἐξαπατῶνται οἰόμενοι, τοὺς σπονδύλους εἴσω οἴχεσθαι. ὅτι δὲ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἡ τῶν ὁμοίων τε καὶ ἀνομοίων διάγνωσις, καὶ πᾶς τεχνίτης δεῖται διακρίνειν, εἰ ὅμοια ἢ ἀνόμοια τὰ πράγματά ἐστι, περὶ ἃ διατρίβει, ἀθρεῖν ἔνεστι κἀκ τοῦδε τοῦ παραδείγματος. ἐπειδὴ γὰρ ἐν γυμνασίᾳ κεῖται τὸ πλεῖστον τῆς προκειμένης γνώσεως, οὐκ ἐν τοῖς καθόλου παραδείγμασι χρὴ βλέπειν, ἀλλ᾽ ἐν πολλοῖς τε καὶ ποικίλοις γυμνάζεσθαι, καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς ἄριστα μεταχειρισαμένοις τὴν περὶ ταῦτα τέχνην Ἱπποκράτει τε καὶ Πλάτωνι.

Κεφ. ε΄. Δείξαντος οὖν τοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Πολιτείας ἐπὶ πλειόνων παραδειγμάτων, ὧν εἰσι καὶ κυβερνῆται καὶ ἰατροὶ, τοὺς τεχνίτας ὧν ἄρχουσι καὶ διοικοῦσιν, ἐκείνοις τὴν ὠφέλειαν, οὐχ ἑαυτοῖς, ἐκπορίζεσθαι, καταγελάσας Θρασύμαχος ποιμένων τε καὶ βουκόλων μνημονεύει, τὸ ἑαυτοῖς συμφέρον, οὐ τὸ τοῖς προβάτοις τε καὶ βουσὶν, ἐκποριζόντων. ἀλλὰ Σωκράτης ἐπιδείκνυσιν, αὐτῶν σκοπὸν εἶναι καὶ τέλος, ἕτερον μὲν τοῖς παρὰ τῇ ποιμαντικῇ τε καὶ βουκολικῇ τέχνῃ, μηδὲν ἄλλο σκοπουμένοις

putant, vertebras intro prolabi. Porro quod maximam vim habet similium et dissimilium dignotio, omnisque artifex desiderat discernere, similesne an dissimiles res sint, circa quas versatur, ex hoc exemplo licet colligere. Quum enim in exercitatione magna pars propositae cognitionis consistat, non in generalibus exemplis videre convenit, sed in multis variisque exercitari, et praesertim quae ab his petita sunt, qui optime horum artem elaboraverunt, qualis est Hippocrates et Plato.

Cap. V. Quum igitur Plato primo libro de Republica ostendisset variis exemplis, ex quorum numero est, et civitatis gubernatores et medicos artificibus, quibus praesunt imperantque, quosque regunt, illis utilitatem, non sibi suppeditare, deridens Thrasymachus pastorum et bubulcorum meminit, qui sibi ipsis commodum, non ovibus et bobus, exhibent. Verum Socrates ostendit, ipsorum scopum et finem esse, alium sane iis, qui in pastoritia et bucolica arte nihil praeter ovium et boum utili-

παρὰ τὴν τῶν προβάτων τε καὶ βοῶν ὠφέλειαν, ἄλλο δὲ τοῖς εἰς πρᾶσιν ἢ θοίνην παρασκευάζουσι τὰ ζῶα. [258] πρόδηλον οὖν, ὅτι καὶ ἰατρὸς, ᾗ μὲν ἰατρός ἐστι, ταύτῃ προνοεῖται τῆς τοῦ σώματος ὑγιείας, ᾗ δὲ δι' ἄλλο τι τοῦτο πράττει, κατ' ἐκεῖνο καὶ τὴν προσηγορίαν ἕξει. τινὲς μὲν γὰρ ἕνεκα χρηματισμοῦ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐργάζονται, τινὲς δὲ διὰ τὴν ἐκ τῶν νόμων αὐτοῖς διδομένην ἀλειτουργησίαν, ἔνιοι δὲ διὰ φιλανθρωπίαν, ὥσπερ ἄλλοι διὰ τὴν ἐπὶ ταύτῃ δόξαν ἢ τιμήν. ὀνομασθήσονται τοιγαροῦν, ᾗ μὲν ὑγιείας εἰσὶ δημιουργοὶ, κοινῇ πάντες ἰατροὶ ζέουσι πρὸς τὰς πράξεις ἐπὶ διαφόροις ποιοῦνται σκοποῖς, ὁ μέν τις φιλάνθρωπος, ὁ δὲ φιλότιμος, ὁ δὲ φιλόδοξος, ὁ δὲ χρηματιστής. οὔκουν τοῖς ἰατροῖς τὸ τέλος ἐστὶν ὡς ἰατροῖς ἔνδοξον ἢ πόριμον, ὡς Μηνόδοτος ἐμπειρικὸς ἔγραψεν, ἀλλὰ Μηνοδότῳ μὲν τοῦτο, Διοκλεῖ δ' οὐ τοῦτο, καθάπερ οὐδὲ Ἱπποκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, οὐδ' ἄλλοις τῶν παλαιῶν οὐκ ὀλίγοις, ὅσοι διὰ φιλανθρωπίαν ἐθεράπευον

tatem refpiciunt, alium vero, qui animalia ad epulas et venditionem alunt. Itaque conftat, quod et medicus, quatenus medicus eft, eatenus corporis fanitati profpicit; quatenus autem aliud quid agit, inde appellationem quoque habebit. Nonnulli etiam divitiarum gratia artem medicam tractant; nonnulli propter mulctam ex legibus ipfis impofitam; quidam vero propter humanitatem, quemadmodum alii ob gloriam inde aut honorem comparandum. Nominabuntur igitur, quatenus fanitatis funt opifices, communiter omnes medici; quatenus autem ob diverfa confilia actiones aggrediuntur, hic humanus, ille honoris ftudiofus, alius gloriae, alius divitiarum affectator. Non igitur medicis finis eft tanquam medicis, ut gloriam aut fructum percipiant, ficut Menodotus empiricus fcriptum reliquit, id quod curae fuit Menodoto, Diocli vero minime, quemadmodum nec Hippocrati et Empedocli, neque aliis veterum permultis, qui ob humanitatem benignitatemque naturae aegrotis mede-

τοὺς ἀνθρώπους. γυμνασάμενος οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις τις παραδείγμασι, (πάμπολλα δ' ἐστὶ παρ' Ἱπποκράτει καὶ Πλάτωνι,) ῥᾳδίως κατόψεται τά τε ἴδια τέχνης ἑκάστης καὶ τὰ κοινά. πρὸς μὲν γὰρ Θρασύμαχον ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πολιτείας Σωκράτης διαλεγόμενος ἔδειξεν ἐπὶ ποιμένων τε καὶ βουκόλων, ὡς κοινωνοῦσι μὲν, καθ' ὅσον εἰσὶ ποιμένες καὶ βουκόλοι, διαφέρονται δὲ, καθ' ὅσον ὁ μὲν ὡς χρηματιστὴς, ὁ δ', ὡς ἵνα κατεδέσηται, κατασκευάζοιεν αὐτὰ πίονα. κατὰ μέντοι τὸ περὶ ἀγμῶν διὰ πλειόνων ἔδειξεν ἡμᾶς διακρίνειν τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια· κατὰ δὲ τὰς τέχνας, τουτέστιν εἰ ὅμοιά τ' εἰσὶ καὶ ἀνόμοια. ἓν γάρ ἐστι τῇ δυνάμει τὰ τρία ταῦτα σκέμματα, τό τε περὶ τῶν κοινῶν καὶ ἰδίων, καὶ τὸ διακρίνειν, εἰ ὅμοια ἢ ἀνόμοια τὰ παραβαλλόμενα πράγματά εἰσι, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, τί ταὐτὸν ἐν αὐτοῖς ἐστι, καὶ τί ἕτερον. εἰώθασι γὰρ οἱ Ἕλληνες ὅμοια καλεῖν ἐνίοτε τὰ ταὐτόν ἔχοντά τι. καὶ τά γε παραδείγματα κατὰ ταὐτὸν ἐν τοῖς παραβαλλομένοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ὁ Πλάτων ποιεῖσθαι. γειτνιᾷ δέ πως

bantur. Qui igitur in hujusmodi exemplis se exercuerit, cujusmodi valde multa apud Hippocratem et Platonem reperiuntur, facile inspiciet et propria cujusque artis, et communia. Etenim Socrates cum Thrasymacho in primo de Republica disserens ostendit, opiliones et bubulcos communicare inter se, quatenus sunt opiliones et bubulci, differre autem quatenus hic tanquam divitiis inhians, ille ad epulas animalia reddit pinguia. Quin etiam Hippocrates de fracturis plenius docuit discernere ut communia et propria. In artibus autem hoc est, similiane sint, an dissimilia. Unum enim sunt tres hae considerationes, tum quae de communibus et propriis, tum quae discernimus, num similes an dissimiles res, quae comparantur, existant, tertia ad haec, qua speculamur, quid idem in ipsis sit, et quid diversum. Consueverunt enim Graeci similia nonnunquam vocare, quae idem aliquid obtinent. Item exempla secundum idem in iis, quae conferuntur, Plato nos facere praecepit. Vicina est huic

τούτῳ τῷ σκέμματι καὶ τὸ κατὰ τὴν διαιρετικὴν ὀνομαζομένην μέθοδον, ἧς τὴν μὲν γυμνασίαν ὁ Πλάτων ἐν Σοφιστῇ καὶ Πολιτικῷ πεποίηται, τὴν δὲ ἐξ αὐτῆς χρείαν ἐπέδειξεν οὐκ ἐν τούτοις μόνον, ἀλλὰ σαφέστατα μὲν ἅμα καὶ τελεώτατα κατά τε Φίληβον καὶ Φαῖδρον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὴν Πολιτείαν τε καὶ ἄλλα ἄττα τῶν συγγραμμάτων. ἐν μὲν οὖν τῷ Σοφιστῇ καὶ Πολιτικῷ διδάσκει, πῶς ἄν τις ἀντὶ τῆς προσηγορίας ἑρμηνεύοι λόγῳ σαφεῖ τε ἅμα καὶ συντόμῳ τὸ σημαινόμενον αὐτῆς, ὅντινα λόγον ὡρισμένον τε καὶ ὅρον ἐξαιρέτως ἐκάλεσαν οἱ μετὰ Πλάτωνα· ἐν δὲ τῷ Φιλήβῳ καὶ τῷ Φαίδρῳ δείκνυσιν, εἰς τεχνῶν σύστασιν ἀναγκαιοτάτην εἶναι τὴν διαιρετικὴν καὶ συνθετικὴν θεωρίαν, γεγυμνάσθαι τε κελεύει διττῶς κατ᾽ αὐτὴν, ἀπὸ μὲν τοῦ πρώτου καὶ γενικωτάτου καταβαίνοντας ἐπὶ τὰ μηκέτι τομὴν δεχόμενα διὰ τῶν ἐν τῷ μεταξὺ διαφορῶν, δι᾽ ὧν καὶ τοὺς ὁρισμοὺς τῶν εἰδῶν ἐδεδείχει συνισταμένους ἐν Σοφιστῇ καὶ Πολιτικῷ, ἔμπαλιν δ᾽ ἀπὸ τῶν εἰδικωτάτων πολλῶν ὄντων ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ πρῶτον γένος κατὰ

contemplationi et ea, quae dividendi conſtat methodo, cujus exercitium Plato in Sophiſta et Politico tractavit, uſum vero ipſius non in his modo, verum clariſſime ſimul et abſolutiſſime in Philebo et Phaedro, quin etiam in commentario de Republica aliisque multis oſtendit. In Sophiſta igitur et Politico docet, quomodo aliquis loco appellationis ſermone interpretatur claro pariter et compendioſo ipſius ſignificatum, quem ſermonem ſinem et definitionem eximie Platonis ſectatores vocarunt. In Philebo autem et Phaedro diviſoriam compoſitoriamque ſpeculationem maxime neceſſariam eſſe ad artium conſtitutionem oſtendit, qui duplici modo in ea exercitari praecipit, a primo ſane et generaliſſimo deſcendentes ad ea, quae non amplius dividi queunt, per differentias in medio conſiſtentes, quibus et definitiones ſpecierum conſtitui in Sophiſta et Politico monſtraverat, contra vero a ſpecialiſſimis, quae multa ſunt, ad primum genus

σύνθεσιν· ὁδὸν μὲν γὰρ εἶναι μίαν ἀμφοῖν, ὁδοιπορίαν δὲ διττὴν, ἀπὸ θατέρου τῶν πρώτων ἐπὶ θάτερον ἐναλλὰξ ἰόντι. λέγει δὲ περὶ αὐτῶν ἐν μὲν τῷ Φαίδρῳ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. ἐμοὶ δὲ φαίνεται τὰ μὲν ἄλλα τῷ ὄντι παιδιᾷ πεπαῖχθαι. τούτων δέ τινων ἐκ τύχης ῥηθέντων δυοῖν εἰδῶν, εἰ αὐτὴν τὴν δύναμιν τέχνῃ λαβεῖν δύναιτό τις, οὐκ ἄχαρι. τίνων δή; εἰς μίαν τε ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα, ἵν' ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ, περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκων ἐθέλῃ, ὥσπερ τὰ νῦν δὴ περὶ ἔρωτος ὅ ἐστιν [259] ὁρισθὲν, εἴτε εὖ, εἴτε κακῶς ἐλέχθη. τὸ γοῦν σαφὲς καὶ τὸ αὐτὸ αὐτῷ ὁμολογούμενον διὰ ταῦτα ἔσχεν εἰπεῖν ὁ λόγος. τὸ δ' ἕτερον δὴ εἶδος τί λέγεις, ὦ Σώκρατες; τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι διατέμνειν κατὰ ἄρθρα, ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνύναι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. ταῦτα μὲν οὖν καθόλου περὶ τῆς διαιρετικῆς τε καὶ συνθετικῆς μεθόδου λέλεκται τῷ Πλάτωνι. μεταβὰς δ' ἐπὶ τὴν ῥητορικὴν τέχνην,

per compositionem ascendentes; viam enim esse utriusque unam, sed iter duplex ab altero primorum ad alterum vicissim eunti. Dicit itaque de ipsis in Phaedro ad hunc modum. *Mihi quidem videmur caetera revera lusisse. At si quis duarum specierum, in quas modo fortuna incidimus, vim arte comprehenderit, opus non ingratum fuerit consecutus. Quas species dicis? Ut in unam ideam conspiciens passim dispersa ducat, quo singula definiens manifestum reddat semper id, de quo agitur; quemadmodum nos in praesentia, quid amor sit, definivimus, sive bene, sive male id factum sit. Certe hinc disputatio nostra claritatem in se habuit constantemque sibi ipsi concordiam. Alteram vero speciem quam dicis, o Socrates? Ut rursus secundum species articulatim pro rerum natura incidat, neque imperiti coqui ritu ullo membra confringere aggrediatur.* Haec igitur generatim de dividendi componendique methodo a Platone sunt comprehensa. Digressus autem ad artem rhetoricam

ζεἴη δ' ἂν ἡμῖν ἕν τι τοῦτο παράδειγμα τῆς ὅλης πραγματείας,) τάδε γράφει. ἐπειδὴ λόγου δύναμις τυγχάνει ψυχαγωγία οὖσα, τὸν μέλλοντα ῥητορικὸν ἔσεσθαι ἀνάγκη εἰδέναι, ψυχὴ ὅσα εἴδη ἔχει. ἔστιν οὖν τόσα καὶ τόσα, καὶ τοῖα καὶ τοῖα, ὅθεν οἱ μὲν τοιοίδε, οἱ δὲ τοιοίδε γίγνονται. τούτων δ' οὕτω διῃρημένων λόγων αὖ τόσα καὶ τόσα ἐστὶν εἴδη, τοιόνδε δὲ ἕκαστον. οἱ μὲν οὖν τοιοίδε ὑπὸ τῶν τοιῶνδε λόγων διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν εἰς τὰ τοιάδε εὐπειθεῖς, οἱ δὲ τοιοίδε διὰ τάδε δυσπειθεῖς. δεῖ δὴ ταῦτα ἱκανῶς νοήσαντα, μετὰ ταῦτα θεώμενον αὐτὰ ἐν ταῖς πράξεσιν ὄντα τε καὶ πραττόμενα ὀξέως δύνασθαι ἐπακολουθεῖν τῇ αἰσθήσει, ἢ μηδὲν εἶναί πω πλέον αὐτῶν, ὧν τότε ἤκουε λόγων ξυνών. ὅταν δ' εἰπεῖν τε ἱκανῶς ἔχῃ, (335) οἷος ὑφ' οἵων πείθεται, παραγιγνόμενόν τε δυνατὸς ᾖ διαισθανόμενος ἑαυτῷ ἐνδείκνυσθαι, ὅτι οὗτός ἐστι καὶ αὕτη ἡ φύσις, περὶ ἧς τότε ἦσαν οἱ λόγοι, νῦν ἔργῳ παροῦσά σοι, ᾗ προσοιστέον τούσδε ὧδε τοὺς λόγους ἐπὶ τὴν

(erit nobis unum aliquod totius operis exemplum,) haec fcribit. *Quandoquidem dicendi facultas quaedam animi evocatio et oblectatio eft, futurum oratorem neceffe eft, quot fpecies anima habeat, cognofcere. Sunt itaque tot talesque, unde hi tales, illi tales efficiuntur. His ita diftinctis, orationum quoque tot talesque funt fpecies, ejusmodi vero fingulae. Tales igitur talibus quibusdam orationibus certa quadam de caufa ad ejusmodi res facile perfuadentur; aliter autem affecti ob aliquam caufam minime. Oportet itaque eum, qui haec fatis perfpexerit, poftea in ipfis negotiis, quae funt aguntur que, animadverfa acute poffe fenfu affequi, aut nihil amplius quam verba, quae audivit, habet. At quum abunde poteft dicere, quis quibus orationibus capiatur, praefentemque hominem acute percipit eo ingenio praeditum, de quo antea fuerit difputatum, fic ipfum effe talibus orationibus ad talia compellandum, is ita inftructus tum demum perfecte artem hanc erit confecutus,*

τῶνδε πειθώ. πάντα δὴ ταῦτ' ἔχοντι, προσλαβόντι καιροὺς τοῦ πότε λεκτέον καὶ ἐπισχετέον, βραχυλογίας τε αὖ καὶ ἐλεινολογίας καὶ δεινώσεως ἑκάστων τε ὅσα ἂν εἴδη λόγων μάθῃ, τούτων τὴν εὐκαιρίαν τε καὶ ἀκαιρίαν διαγνόντι, καλῶς τε καὶ τελέως ἐστὶν ἡ τέχνη ἀπειργασμένη, πρότερον δ' οὔ. ἀλλ' ὅ τι ἂν αὐτῶν τις ἐλλίπῃ λέγων, ἢ διδάσκων, ἢ γράφων, φησὶ δὲ τέχνην λέγειν, ὁ μὴ πειθόμενος κρατεῖ. ταῦτα οὖν αὐτῷ λέλεκται περὶ τῆς ῥητορικῆς, ἐνταῦθα διδάσκοντι, πῶς ἂν τις αὐτὴν ἄριστα συστήσαιτο μεθόδῳ χρώμενος, οὐ καθάπερ οἱ πολλοὶ δι' ἐμπειρίας τε καὶ τριβῆς. ἔτι τε πρὸς τούτοις κατωτέρω μετὰ τὸ διελθεῖν ἐν τῷ μεταξὺ χρήσιμα πολλὰ συγκεφαλαιούμενος αὐτὰ κατὰ λέξιν οὕτως ἔφη. ὥστ', εἰ μὲν ἄλλο τι περὶ τέχνης λόγων λέγοις, ἀκούοιμεν ἄν, εἰ δὲ μή, οἷς νῦν δὴ διήλθομεν πεισόμεθα, ὡς, ἐὰν μή τις τῶν τ' ἀκουσομένων τὰς φύσεις διαριθμήσηται, καὶ κατ' εἴδη τε διαιρῆται τὰ ὄντα, καὶ μιᾷ ἰδέᾳ ἀδύνατος ᾖ καθ' ἓν ἕκαστον περιλαμβάνειν, οὔπω ἔσται τεχνικός

quum ad superiora haec adjunxerit, ut opportunitatem loquendi tacendique calleat; item quando conveniat uti et quando non breviloquentia, commiseratione, vehementia acriori amplificationeque; caeterum partium orationis, quas didicerit, usum tempestivum vel intempestivum cognoverit, absolute hanc erit artem executus, prius vero minime; in quocunque vero horum defecerit vel dicendo, vel scribendo, licet ex arte verba facere se dicat, ipse, cui non persuadetur, vincit. Haec protulit de rhetorica, docens inibi, quomodo aliquis optime ipsam constituat methodo usus, non, quemadmodum vulgus, experientia et conversatione. Ad haec quum inferius multa interim utilia commemorasset, in caput ipsa redigens ad verbum sic dixit. *Quapropter, si aliud quippiam de arte dixeris, auscultabimus quidem; sin minus, his, quae paulo ante recensuimus, fidem adhibebimus, quod videlicet, nisi quis auditorum ingenia noverit distinxeritque, atque res ipsas in species suas discreverit, rursusque singula specie una comprehenderit, nunquam*

λόγων πέρι, καθόσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ. ἐν τούτῳ μὲν τῷ βιβλίῳ διὰ συντόμων ἐδήλωσε περί τε τῆς τῶν τεχνῶν ἁπασῶν καθόλου συστάσεως καὶ περὶ τῆς ῥητορικῆς, ἀκριβέστατα δὲ τὸν λόγον ὅλον ἐν τῷ Φιλήβῳ διῆλθεν. ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων ἄρξομαι παραγράψας αὐτοῦ πρώτην τήνδε τὴν ῥῆσιν. φωνὴ μὲν ἡμῖν ἐστί που μία διὰ τοῦ στόματος ἰοῦσα, καὶ ἄπειρος αὖ πλήθει πάντων τε καὶ ἑκάστου. τί μήν; καὶ οὐδὲν ἑτέρων γε τούτων ἐσμέν πως σοφοὶ, οὔτε ὅτι τὸ ἄπειρον αὐτῆς ἴσμεν, οὔθ᾽ ὅτι τὸ ἓν ἄλλο τι, ὁπόσα τέ ἐστι καὶ ὁποῖα, τοῦτό ἐστι τὸ γραμματικὸν ἕκαστον ποιοῦν ἡμῶν. ἀληθέστατα. καὶ μὴν καὶ τὸ μουσικὸν οὐ τυγχάνει ποιοῦν, τουτέστι ταὐτόν. πῶς; φωνὴ μέν που καὶ τὸ κατ᾽ ἐκείνην τὴν τέχνην ἐστὶ μία ἐν αὐτῇ. πῶς δ᾽ οὔ; δύο δὲ θῶμεν βαρὺ καὶ ὀξὺ, καὶ τρίτον ὁμότονον. ἢ πῶς; οὕτως. ἀλλ᾽ οὔπω σοφὸς ἂν εἴης τὴν μουσικὴν εἰδὼς ταῦτα μόνα, μὴ εἰδὼς δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἰς ταῦτα, οὐδενὸς ἄξιος ἔσῃ. οὐ γὰρ οὖν. ἀλλ᾽,

dicendi artem, quoad homini licet, adipiscetur. In hoc libro succincte egit de generali omnium artium constitutione, et de rhetorica; exactissime vero totum sermonem in Philebo persecutus est. Ego a principalissimis exordiar, prima hac ipsius oratione ascripta. *Vox, inquam, ex ore nobis erumpens una est, et infinitae rursus voces numero et cunctorum pariter et cujusque. Quidni? Neutro tamen horum docti efficimur sapientesque, nec quod ejus infinitum, nec iterum quod ejus unum aliud cognoscimus, item quod et quales fiunt, tenemus; hoc enim unumquemque nostrum grammaticum reddit. Verissima loqueris. Quin etiam id, quod musicum non efficit, hoc est idem. Qua ratione? Una quodammodo et in hac arte vox est. Quidni? Duo item ponenda sunt, grave et acutum, ac tertium, tonus aequivalens. Nonne ita? Ita. Verum tamen nondum musicae peritus eris, si haec sola cognoveris, et ista ignorans, ut ita loquar, nullius eris in musica pretii. Nullius. Sed*

Ed. Chart. V. [259. 260.] Ed. Baf. I. (335.)

ὦ φίλε, ἐπειδὰν λάβῃς, ὁπόσα τὰ διαστήματά ἐστι [260] τὸν ἀριθμὸν τῆς φωνῆς ὀξύτητός τε πέρι καὶ βαρύτητος, καὶ ὁποῖα, καὶ τοὺς ὅρους τῶν διαστημάτων, καὶ τὰ ἐκ τούτων ὅσα συστήματα γέγονεν, ἃ κατιδόντες οἱ πρόσθεν παρέδοσαν ἡμῖν τοῖς ἑπομένοις ἐκείνοις καλεῖν αὐτὰ ἁρμονίας, ἔν τε ταῖς κινήσεσιν αὖ τοῦ σώματος ἕτερα τοιαῦτα ἐνόντα πάθη γιγνόμενα, ἃ δὴ δι᾽ ἀριθμῶν μετρηθέντα δεῖν αὐτά φασι ῥυθμοὺς καὶ μέτρα ἐπονομάζειν, καὶ ἅμα ἐννοεῖν, ὡς οὕτω δεῖ περὶ παντὸς ἑνὸς καὶ πολλῶν σκοπεῖν. ὅταν γὰρ ταῦτά τε λάβῃς, οὕτω τότε ἐγένου σοφός· ὅταν δ᾽ ἄλλο τῶν ὄντων ὁτιοῦν ταύτῃ σκοπούμενος ἕλῃς, οὕτως ἔμφρων περὶ τούτου γέγονας. τὸ δ᾽ ἄπειρόν σε ἑκάστων καὶ ἐν ἑκάστοις πλῆθος ἄπειρον ἑκάστοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν, καὶ οὐκ ἐλλόγιμον, οὐδ᾽ ἐνάριθμον, ἅτ᾽ οὐκ εἰς ἀριθμὸν οὐδένα ἐν οὐδενὶ πώποτε ἀπιδόντα. κάλλιστα, ὦ Φίληβε, ἔμοιγε τὰ νῦν λεγόμενα εἰρηκέναι φαίνεται Σωκράτης. καὶ ἐμοὶ ταῦτά γε αὐτά. ἀλλὰ τί δή ποτε πρὸς ἡμᾶς οὗτος ὁ λόγος εἴρηται νῦν, καὶ τί ποτε βουλόμενος; ὀρθῶς μέντοι

postquam, o amice, acceperis, quot intervalla vocis numero sunt circa grave atque acutum, et qualia, nec non intervallorum termini, et quotcunque ex his compositiones proveniunt. Quae majores nostri conspicientes nobis eorum sectatoribus, ut hujusmodi quaedam harmonias appellaremus, tradiderunt. In motibus praeterea corporis alios quosdam tales inesse affectus monstrarunt, quos numeris dimensis rhythmos atque mensuras vocari jussere; cogitare praeterea, quod eadem ratione de omni, quod unum est et multa, considerare debemus. Nam quando ista sic accipis, sapiens tunc evadis. Quum vero et aliud quicquam ita considerans capis, sapiens rursus circa illud efficeris. Infinita autem singulorum et in singulis multitudo vagum te incertumque et rationis ac numeri reddit expertem, utpote in nullum cujusque numerum respicientem. Praeclare haec, o Philebe, Socrates mihi dixisse videtur. Mihi quoque: sed quid ad rem hic sermo, quidve sibi vult? Recte id,

τοῦθ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἠρώτησε Φίληβος. πάνυ μὲν οὖν, καὶ ἀποκρίνου γε αὐτῷ. δράσω ταῦτα, διελθὼν σμικρὸν ἔτι περὶ αὐτῶν τούτων. ὥσπερ γὰρ ἓν ὁτιοῦν εἴ τίς ποτε λάβοι τούτων, ὥς φαμεν, οὐκ ἐπ' ἀπείρου φύσιν ἀεὶ δὴ βλέπειν εὐθὺς, ἀλλ' ἐπί τινα ἀριθμὸν, οὕτω καὶ τὸ ἐναντίον, ὅταν τις τὸ ἄπειρον ἀναγκασθῇ πρῶτον λαμβάνειν, μὴ ἐπὶ τὸ ἓν τοῦτο εὐθὺς, ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινα πλῆθος ἕκαστον ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευτᾷν τ' ἐκ πάντων εἰς ἕν. πάλιν δὲ ἐν τοῖς γράμμασι τὸ νῦν λεγόμενον λάβωμεν. πῶς; ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν, εἴτε τις θεὸς, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινα τούτων γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν οὐχ ἓν ὄντα, ἀλλὰ πλείω, καὶ πάλιν ἕτερα φωνῆς μὲν, οὖ φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, ἀριθμὸν δέ τινα καὶ τούτων εἶναι. τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν. τὸ μετὰ τοῦτο διήρει τά τε ἄφωνα καὶ ἄφθογγα μέχρις ἑνὸς ἑκάστου, καὶ

o Protarche, Philebus iste quaesivit. Prorsus. Responde igitur ipsi. Faciam quod vultis, ubi de his ipsis paulisper etiam adhuc disputavero. Ut enim, si quis unum aliquid accipit, is, ut diximus, haud mox in infiniti naturam, sed in aliquem numerum descendere debet, ita vicissim, si quis infinitum primo sumere cogitur, nequaquam in unum continuo, sed in numerum quendam, qui multitudinem aliquam habeat, debet intendere, ex omnibusque tandem in unum desinere. Quod vero nunc diximus, rursus in literis conjectari licet. Quomodo? Postquam infinitam vocem cogitavit sive deus aliquis, sive homo divinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuisse fertur, primo in ipsa vocis infinitate vocales literas consideravit, quae non una, sed plures sunt, rursusque alias, quae non vocis, sed soni participes essent, atque harum numerum certum similiter definivit. Tertiam deinde speciem literarum distinxit earum, quas nunc mutas vocamus. Postremo liquidas mutasque discrevit,

τὰ φωνήεντα, καὶ τὰ μέσα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἀριθμὸν αὐτῶν λαβὼν ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ σύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε. καθορῶν δ', ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος, ὡς ὄντα ἕνα, καὶ ταῦτα πάντα ἕν πως ποιοῦντα, μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών. ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων ἔγραψεν ἐν Φιλήβῳ περὶ συστάσεως τεχνῶν, τῆς κατὰ μέθοδον δηλονότι τὴν λογικὴν, οὐ τῆς ἐκ τῆς πολυχρονίου τηρήσεως, ἐκ τῆς τῶν κατὰ μέρος ἀθροιζομένης ἐμπειρίας. ὅτι δ' οὐκ ἄνευ τοῦ γεγυμνάσθαι περὶ διαίρεσίν τε καὶ σύνθεσιν οἷόν τε γενέσθαι τὴν λογικὴν σύστασιν τῶν τεχνῶν, εὔδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἄχρι τοῦ δεῦρο λέλεκταί μοι. καὶ μέντοι καὶ καθ' ὅλον τὸ βιβλίον τὸν Φίληβον ἐν τοῖς ἑξῆς ἔργῳ δείκνυσι τὴν μέθοδον ἐπὶ τῆς ἡδονῆς, ἁπάσας αὐτῆς τὰς διαφορὰς διελθών.

Κεφ. ς'. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔφθασεν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, μεμψάμενος τοὺς Κνιδίους ἰατροὺς

usque singula quaedam, vocalesque et medias eodem modo, donec, earum numero in singulis speciebus et in universis reperto, elementum vocavit. Quumque videret neminem nostrum horum quicquam seorsum perceptarum, nisi omnia ipsa percepisset, hoc vinculum veluti unum quiddam existens, et haec omnia unum facere meditatus, quam unam in his esse artem grammaticam animadvertit, eo nomine appellavit. Haec quidem Plato de artium constitutione in Philebo tradidit, quae juxta methodum scilicet rationalem, non quae ex diutina inquisitione, sed particularium experientia colligitur. Quod autem, nisi in divisione et compositione exercitatio accesserit, nequeat rationalis artium constitutio fieri, palam est ex iis, quae hucusque a me sunt comprehensa. Quin etiam in toto libro Philebo deinceps opere methodum in voluptate ostendit, universas ipsius differentias persecutus.

Cap. VI. Sic autem et Hippocrates factitavit in opere de victus ratione acutorum, accusans medicos

ὡς ἀγνοοῦντας τὰς κατ᾽ εἴδη καὶ γένη διαφορὰς τῶν νοσημάτων, αὐτὸς δὲ δείκνυσι τοὺς διορισμοὺς, καθ᾽ οὓς τὸ δοκοῦν [261] ἓν εἶναι πολλὰ γίγνεται τεμνόμενον, οὐκ ἐπὶ νοσημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐν ᾧ τοὺς πλείστους τῶν ἐνδοξοτάτων ἰατρῶν εὑρεῖν ἔστιν ἐσφαλμένους ἄχρι καὶ τῶν βοηθημάτων. ἔνιοι μὲν γὰρ ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος αὐτῶν ἐλθόντες χρείας ἀμέθοδον εἰργάσαντο τὴν διδασκαλίαν, ἔνιοι δὲ τὸ κοινότατον εἰπόντες ἄχρι μὲν τῆς προχείρου φαντασίας μεθοδικώτατον ἐποιήσαντο τὸν λόγον, τῇ ἀληθείᾳ δὲ μοχθηρότατον, ἐντεῦθεν δὲ διεφώνησαν ἀλλήλοις, ἔνιοι μὲν, ὡς οἱ κατὰ βοήθημα τοῦδέ τινος τοῦ πάθους, οἷον, εἰ τύχῃ, πλευρίτιδος, ἀποφηνάμενοι τὴν φλεβοτομίαν, ἔνιοι δὲ τὴν κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ πυρίαν οἱ μὲν διὰ σπόγγων, οἱ δὲ διὰ τῶν καλουμένων ὑπὸ τῶν ἰατρῶν μαρσίπων, ἤ τινος ἑτέρου. κατα ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ λουτρῶν καὶ περὶ ἀλουτίας διηνέχθησαν, ὀξυμέλιτός τε καὶ μελικράτου, καὶ ὕδατος, καὶ οἴνου, καὶ πτισάνης, ἤτοι τοῦ διηθημένου χυλοῦ μόνου διδόντες, ἢ

Cnidios tanquam fpeciales generalesque morborum differentias ignorantes. Ipfe autem indicat diftinctiones, fecundum quas id, quod unum videtur effe, multa fiant, cum dividitur, non in morbis tantum, fed etiam in aliis omnibus; in quo plurimos ex clariffimis medicis in errorem lapfos invenire licet, adeoque in ipfis remediis. Nonnulli fiquidem ad particulares ipforum ufus profecti difciplinam fecerunt ordine carentem. Quidam communiffimum loquuti usque ad promptam imaginationem fermonem fecerunt maxime methodicum, re vera autem vitiofiffimum; inde inter fe diffenferunt, alii quidem, ut qui in remedio certi cujusdam affectus, exempli gratia pleuritidis, fanguinis miffionem pronunciarunt, alii purgationem, quemadmodum et fomentum, hi per fpongias, illi per facculos a medicis dictos, aut per aliud quoddam. Inibi etiam de balneis et balnei abftinentia diffentiunt, oxymel, vel hydromel, aquam, vinum, ptifanam, vel percolatum fuccum duntaxat exhibentes, vel hordeaceum

τῆς κριθώδους μόνης, οἱ δὲ καὶ σιτίων, ἄλλως ἄλλου διορισαμένου, τάς τε διαφορὰς τῶν καμνόντων, καὶ τῶν εἰρημένων ἔδειξε χρῇζον τὸ τῆς πλευρίτιδος πάθος. ὅπως μὲν οὖν αὐτὸς διῆλθεν ἀτακτότερον πρῶτος εὑρίσκων, ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἐξήγημαι τοῦ περὶ διαίτης ὀξέων, ὃ τινὲς μὲν ἐπιγράφουσι πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, ἔνιοι δὲ περὶ πτισάνης, ἑκάτεροι μοχθηρῶς. ἐγὼ δ', ἵνα καὶ τούτου τοῦ λόγου ἔχωσι διὰ συντόμων σαφῆ τὴν διδασκαλίαν οἱ φιλομαθεῖς, οὐκ ὀκνήσω δηλῶσαι τὰ κεφά(336)λαια. τῶν γάρ τοι πλευριτικῶν ἄρτι μὲν ἀρχομένων ὀδυνᾶσθαι τὴν πλευρὰν, ὡς ἂν οὐδέπω τῆς διαθέσεως οὔσης σαφοῦς, ἀποπειρᾶσθαι κελεύει τῶν πυριάσεών τε καὶ θερμασμάτων ὀνομαζομένων, καὶ διῆλθεν αὐτὸς τὴν ὕλην. εἶτα, ἂν μὴ λύηται, σκεψάμενον, εἴτε νεοβρῶτι ἐόντι, καὶ εἴτε ὑποκεχωρηκυίης τῆς κοιλίας, εἴτε μὴ, διδάσκει, τί ποιητέον ἐστίν. ἐὰν δὲ μὴ ὑπείκῃ πρὸς ταῦτα, διορισμοὺς ἔγραψεν τῶν τε φλεβοτομίας δεομένων καὶ τῶν καθάρσεως, ἐπὶ τίνων τε χρὴ μελικράτῳ ποτῷ χρῆσθαι, ἢ ὀξυμέλιτι, ἢ ὕδατι μέχρι

solum; alii et cibos; aliter alio distinguente differentias et aegrotantium, et praedictorum, indicavit, quid pleuritidis affectus requireret. Quomodo igitur ipse enumeraverit inordinatius primus inveniens, commentariis in opere de victus ratione acutorum expono, quod aliqui inscribunt ad Cnidias sententias, quidam de ptisana, utrique male. At ego, ut hujus quoque sermonis manifestam disciplinam studiosi compendiose habeant, non pigebit capita significare. Etenim in pleuriticis nuper incipientibus latus dolere, tanquam dispositione nondum manifesta, tentare jubet fomenta, fotibusque calidis; ac ipse materiam recensuit: deinde, si non solvatur, considerandum, ne paulo antea cibum assumpserit, an alvum dejecerit, vel non, ac, quid faciendum sit, docet. At si his non cesserit, distinctiones scribit eorum, qui sanguinis missione indigent, et qui purgatione; porro in quibus mulsae potu utendum est, aut oxymelite, aut aqua usque ad

κρίσεως, μηδεμίαν διδόντα τροφὴν, ἐπὶ τίνων τε χυλὸν πτισάνης, ἢ τῇ κριθῇ χρηστέον τηνικαῦτα, καὶ σιτία δοτέον ἐστί. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ οἴνου δόσεως διορίζεται, τίσι τε χρὴ διδόναι, καὶ τίσι μὴ, καὶ ὁπότε, καὶ ὁποῖον. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ λουτρῶν, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. διττῆς δ' οὔσης ἁμαρτίας ἐν ταῖς διαιρέσεσι διὰ τὸ τοὺς μὲν ἐλλιπέστερον τέμνειν, τοὺς δ' ὑπερβάλλειν εἰς οὐκ οἰκεῖον τῷ τεμνομένῳ πλῆθος, ἑκάτερον αὐτῶν ὁ Ἱπποκράτης μεμφόμενος ἐν ἀρχῇ μὲν τοῦ βιβλίου τάδε φησί. τὰς μέντοι πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων καὶ τὴν πολυσχιδίαν αὐτῶν οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι, τοὺς δ' ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. μὴ γὰρ καὶ οὐκ εὐαρίθμητον ᾖ, εἰ τουτέῳ τι σημανεῖται τὴν τῶν καμνόντων νοῦσον, τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαφέρειν τι, τὸ μὴ ὡυτὸν δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μήπω τοὔνομα ἔχῃ. ἐπὶ δὲ τῶν ἰημάτων ἔμπαλιν, ὡς ἐλλιπόντων αὐτῶν, ὧδέ πως φησιν. καὶ οὐ μόνον διὰ τοῦτο οὐκ ἐπαινέω, ἀλλ'

judicationem, nullum dando cibum, in quibus fuccum ptifanae, aut hordeo utendum, tunc et cibi dandi funt. Pari modo etiam de vini exhibitione diftinguit, quibus dandum fit, et quibus non, et quando, et quale. Similiter de balneis aliisque id genus. Porro, quum duplex fit error in divifionibus, quod alii minus, ac conveniat, dividant, alii exuperent fecundum multitudinem, quae ad id, quod fecatur, propria non eft, utrosque Hippocrates accufans initio quidem libri haec tradit. *Varietates morborum et divifionem multijugam aliqui non ignorarunt, numeros autem fingulorum morborum dum manifefte vellent explicare, haud recte fcripferunt, ut qui difficile comprehendi poffint: fi hoc aliquis laborantium aegritudinem alteram ab altera nonnihil differre fignificabit, non folum idem morbus effe videbitur, fi neque idem nomen habeat. Porro in remediis contra, quum ipfi minus, quam par eft, complectantur, in hunc modum ait. Ac non folum ob id non laudo, fed quoniam etiam pau*

Ed. Chart. V. [261. 262.] Ed. Bas. I. (336.)

ὅτι καὶ ὀλίγοισι τὸν ἀριθμὸν τοῖσιν ἄκεσι χρέονται. μετὰ δὲ ταῦτα προλαβὼν τὸν τῷ προβλήματι χρησιμώτατον, οὐ σαφῶς αὐτοῦ τὴν λύσιν ἔγραψεν, καὶ διὰ τοῦτ' ἠγνοήθη πολλοῖς τῶν ἰατρῶν ὅλη τοῦ προβλήματος ἡ δύναμις. ἐξηγησάμην μὲν οὖν ὅλον τὸν λόγον τοῦτον ἐν τῷ πρώτῳ περὶ διαίτης ὀξέων ὑπομνήματι, συντόμως δ' αὐτοῦ καὶ νῦν εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι τὴν δύναμιν. αὐτὸ μὲν τὸ πρόβλημα κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης. δοκεῖ δέ μοι ἄξια γραφῆς εἶναι, [262] καὶ μάλιστα ὁκόσα τε ἀκαταμάθητά ἐστι τοῖς ἰητροῖσιν, ἐπίκαιρά γ' ἐόντα εἰδέναι, καὶ ὁκόσα μεγάλας ὠφελείας φέρει ἢ μεγάλας βλάβας. ἀκαταμάθητα δ' ἐστὶ καὶ τάδε. διὰ τί δ' ἄρα ἐν τῇσιν ὀξείῃσι νούσοισιν οἱ μέν τινες τῶν ἰατρῶν πάντα ἐς τὸν αἰῶνα διατελοῦσι, πτισάνην διδόντες ἀήθητον, καὶ νομίζουσιν ὀρθῶς ἰητρεύειν, οἱ δέ τινες περὶ παντὸς ποιοῦνται, ὅπως κριθὴν μὲν μηδεμίην καταπίνῃ ὁ κάμνων, (μεγάλην γὰρ βλάβην ἡγέονται εἶναι,) ἀλλὰ δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθέοντες διδόασιν. οἱ δ' αὖ τινες αὐτέων οὔτ' ἂν πτισάνην παχεῖαν δοῖεν, οὔτ'

cis numero remediis utuntur. Postea, ubi praesumpsisset id, quod problemati utilissimum est, non manifesto ipsius solutionem conscripsit, atque ideo plerisque medicis tota problematis vis ignoratur. Proinde totum hunc sermonem in primo de victus ratione acutorum commentario sum interpretatus. Nunc autem compendiose exponere vim necessarium est. Ipsum sane problema sic ad verbum scripsit Hippocrates. *Videntur autem digna mihi esse, quae scribantur, et praesertim impercepta medicis, quum sint tamen scitu utilia, item quae magnam utilitatem aut noxam adferunt. Impercepta autem sunt et haec, cur in morbis acutis alii medici in omnem vitam ptisanam non percolatam exhibent, putantque recte se medicari, alii vero magni faciunt, conanturque, ut nullum hordeum aeger devoret, (magnam enim offensionem esse arbitrantur,) sed succum linteo percolatum praebent. Quidam ipsorum neque ptisanam crassam neque succum*

αὖ χυλὸν, οἱ μὲν, μέχρις ἂν ἑβδομαῖος ὁ κάμνων γένηται, οἱ δὲ καὶ διὰ τέλους, ἄχρις ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. μάλα μὲν οὖν οὐδὲ προβάλλεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα εἰθισμένοι εἰσὶν οἱ ἰητροὶ, ἴσως δ᾽ οὐδὲ προβαλλόμενα εὑρίσκεται. καίτοι διαβολήν γ᾽ ἔχει ὅλη ἡ τέχνη πρὸς τῶν δημοτέων μεγάλην, ὡς μηδὲ δοκεῖν ὅλως ἰητρικὴν εἶναι. ὥστ᾽ ἔν γε τοῖσιν ὀξυτάτοισι τῶν νοσημάτων τοσόνδε διοίσουσιν ἀλλήλων οἱ χειρώνακτες, ὥστε, ἃ ὁ ἕτερος προσφέρει ἡγούμενος ἄριστα εἶναι, ταῦτα νομίζειν ἤδη τὸν ἕτερον κακὰ εἶναι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· φημὶ δὴ, πᾶν καλὸν εἶναι τοῦτο τὸ σκέμμα ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ ἐπικαιροτάτοισι. καὶ γὰρ τοῖσι νοσέουσι πᾶσιν ἐς ὑγίειάν τι μέγα δύνασθαι, καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν εἰς ἀσφάλειαν, καὶ τοῖσιν ἀσκέουσιν ἐς ἀξίην, καὶ ἐς ὅ τι ἕκαστος ἐθέλοι. τὸ περὶ διαφωνίας, φησὶ, τῶν τεχνιτῶν σκέμμα μεγίστην ἔχει δύναμιν, οὐ μόνοις τοῖς νοσοῦσιν ἐς ὑγιείης κτῆσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐς φυλακὴν αὐτῆς δηλονότι, καὶ τοῖς ἀσκοῦσιν ἀξίην τοῦ σώματος πρός τε τὴν κτῆσιν αὐτῆς καὶ διαμονήν.

exhibent; alii, usque dum ſeptimanus aeger fuerit, alii etiam in fine, quoad morbus fuerit judicatus. Hujusmodi igitur quaeſtiones ne proponere quidem medici conſueverunt, forſan neque ſi proponantur, inveniunt. Atqui magnam a vulgaribus calumniam tota ars ſuſtinet, ne videatur quidem omnino medicina eſſe, quod in morbis acutiſſimis tantum inter ſe artifices differunt, ut, quae alter adhibet optima eſſe putans, ea jam alter mala eſſe cenſeat. Ac paulo poſt: *Dico autem, perpulchram eſſe hanc ſpeculationem, plurimis et principaliſſimis eorum, quae in arte ſunt, affinitate junctam; nam aegrotantibus omnibus ad ſanitatem aliquid magnum poteſt, et ſanis ad ſecuritatem, exercentibus ad bonam habitudinem, et ad quodcunque unusquisque velit. Speculatio* (inquit) *de artificum diſcordia magnam vim obtinet non ſolis laborantibus ad ſanitatem conciliandam, ſed etiam ſanis ad eam tuendam ſcilicet, exercentibus ad corporis dignitatem tum comparandam, tum retinendam.*

εἶτα προσέθηκε, καὶ ἐς ὅ τι ἕκαστος ἐθέλοι, δηλῶν, ὡς μόνον εἰς ἰατρικὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ἐκτετάσθαι τὸ σκέμμα τὴν λύσιν αὐτοῦ. θαυμάσαι γάρ ἐστι, διά τί τέχνην μετιόντες οἱ ἰατροὶ, καθ' ἣν τῇ πείρᾳ τὰ προσφερόμενα βοηθήματα κριθῆναι δύναται, πότερον ὠφέλησεν, ἢ ἔβλαψεν, ὅμως ἐναντιωτάτας ἀποφάσεις ἐποίησαν περὶ τῶν ὠφελούντων τε καὶ βλαπτόντων. ἐν μὲν γὰρ φιλοσοφίᾳ μὴ πεπαῦσθαι τὰς πλείστας τῶν διαφωνιῶν οὐδὲν θαυμαστὸν, ὡς ἂν μὴ δυναμένων τῶν πραγμάτων ἐναργῶς κριθῆναι τῇ πείρᾳ, καὶ διὰ τοῦτο τινῶν μὲν ἀποφηναμένων ἀγέννητον εἶναι τὸν κόσμον, τινῶν δὲ γεννητὸν, ὥσπερ γε καὶ τινῶν μὲν, οὐδὲν ἔξωθεν αὐτοῦ περιέχειν εἶναι, τινῶν δὲ εἶναι λεγόντων, καὶ τούτων αὐτῶν περιεχόμενόν τι φάντων, ἐνίων μὲν κενὸν ἀποφηναμένων εἶναι τοῦτο, μηδεμίαν οὐσίαν ἔχον ἐν ἑαυτῷ, τινῶν δὲ, κόσμους ἄλλους ἀριθμῷ ἀπεριλήπτους ὡς εἰς ἄπειρον ἐκτετάσθαι πλῆθος. αἰσθήσει γὰρ ἐναργεῖ τὴν τοιαύτην διαφωνίαν ἀδύνατον κριθῆναι. οὐ μὴν ὅμοιόν γε τὸ τῆς ὠφελείας καὶ βλάβης τῶν

Postea adjecit, et ad quod unusquisque velit, indicans non modo ad medicinam, sed etiam alias artes, speculationem, ipsius solutionem extendere. Nam mirari licet, cur artem medici pertractantes, in qua remedia, quae offeruntur, usu possint judicare, utrum prosint, an noceant, tamen maxime contraria de iis, quae prosunt et nocent, pronunciarint. Siquidem in philosophia non sedatas esse plurimas dissensiones nihil miri est; quippe quum res experientia judicari evidenter nequeant, ac ideo nonnulli pronuncient mundum esse non genitum, nonnulli genitum; quemadmodum alii nihil extra ipsius ambitum esse, alii esse dicunt, atque hi ipsi aliquid contineri affirmant, quidam vacuum hoc esse nullam in se continens substantiam dictitant, aliqui vero mundos alios numero incomprehensibiles, ut in infinitum multitudo extendatur; nam ejusmodi discordiam sensu evidenti non licet dijudicare. At secus habet, quod me-

προσφερομένων τοῖς σώμασιν ἰαμάτων, εἰς διαφωνίαν ἀφικόμενον ἐν τοῖς ἰατροῖς, δυνάμενόν γε αὐτῶν κρῖναι τῇ πείρᾳ τό τ' ὠφελοῦν καὶ τὸ βλάπτον. τούτου τοίνυν τοῦ ζητήματος ἡ λύσις οὐ πάνυ τι σαφῶς εἴρηται τῷ Ἱπποκράτει, καὶ διὰ τοῦτο σχεδὸν ἅπαντας ἔλαθε τοὺς ἐξηγησαμένους τὸ βιβλίον. ἔστι δὲ τοιάδε. τῶν νοσούντων ἔνιοι μὲν ἀσιτίας χρήζουσιν, ἄχρις ἂν ἡ νοῦσος κριθῇ, τινὲς δὲ τροφῆς, καὶ τούτων ἔνιοι μὲν τῆς κριθώδους πτισάνης, ἔνιοι δὲ τοῦ χυλοῦ μόνου, καθάπερ γε καὶ στερεωτέρας ἔνιοι, καὶ μέντοι καί τινες μὲν ὀξυμέλιτος ἢ μελικράτου, τινὲς δ' ὕδατος ἢ οἴνου. διὰ τοῦτο τοῖς ἰατροῖς, ὅσοι τῇ πείρᾳ μόνῃ τὴν τέχνην συνεστήσαντο, χρήσιμον ἔδοξεν ἐκεῖνο μόνον, ὃ κατὰ τὴν τύχην αὐτοῖς ἐφάνη πλεονάκις ὠφελῆσαν. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοὐναντίον εἶδος ἀφικέσθαι τῆς διαίτης τολμῶσιν, ὡς κἀκείνου πειραθῆναι, τὴν ἀτυχίαν δεδιότες. μόνος οὖν ὁ τήν τε φύσιν εἰδὼς τοῦ κάμνον[263]τος, καὶ τὴν τοῦ νοσήματος διάθεσιν, καὶ τὴν τοῦ προσαχθησομένου βοηθήματος δύναμιν, ἔτι τε τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ χρηστέον

dici de remediorum, quae corpori applicantur, auxilio et noxa inter fe diffentiunt, quum ipfi poffint utile et nocuum ufu experiri ac judicare. Hujus igitur quaeftionis folutio non admodum manifefto ab Hippocrate eft explicata, ac ideo prope univerfos libri interpretes latuit. Eft autem talis. Nonnulli fane aegrotantium inediam requirunt, usque dum morbus fuerit judicatus, nonnulli vero cibum, atque ex his alii hordeaceam ptifanam, alii fuccum folum, quemadmodum et folidiorem aliqui, quin etiam oxymel quidam aut mulfam, quidam vero aquam et vinum. Idcirco medicis, qui experientia fola artem conftituerunt, illud folum vifum eft utile, quod forte fortuna ipfis frequenter profuiffe apparuit. Neque etiam ad contrariam fpeciem victus rationis pervenire audent, ut illam quoque experiantur, improfperum veriti fucceffum. Proinde folus, qui naturam aegrotantis novit, et morbi difpofitionem, et vim auxilii, quod adhibebitur, praeterea tempus, quo utendum ipfo eft, audere poterit, ufus

αὐτῷ, τολμῆσαι δυνήσεται χρησάμενος τῷ λογικῶς ἐπινοηθέντι βοηθήματι τῇ πείρᾳ βεβαιῶσαι τὴν ἐλπίδα. ὥστε μόνος εὑρήσει τῆς τε ἀφωνίας τὴν αἰτίαν καὶ τοὺς διορισμοὺς, οἷς προσέχων τις ἐπὶ τὸ τῷ κάμνοντι συμφέρον ἀφίξεται, τῶν δ᾽ ἄλλων οὐδεὶς γνώσεται τοῦτο. τοῖς τε γὰρ ἐγνωσμένοις διὰ πείρας ἐπιμένοντες ἐκεῖνα μόνα παραλαμβάνουσιν, αἰτιώμενοι φύσιν ἢ τέχνην ἤ τι τοιοῦτον τῆς βλάβης αἴτιον γενέσθαι. τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ περὶ ἀγμῶν ἐδήλωσεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν μεθ᾽ ἕλκους καταγμάτων ἐν τῇδε τῇ ῥήσει. ἄλλοι δέ τινές εἰσιν, οἳ ὀθονίοισι τὰ τοιαῦτ᾽ ἰητρεύουσιν εὐθέως, καὶ ἔνθεν μὲν καὶ ἔνθεν ἐπιδέουσι τοῖσιν ὀθονίοισι, κατὰ τὸ ἕλκος δὲ αὐτὸ διαλείπουσι, καὶ ἐῶσιν ἀνεψύχθαι. ἔπειτα καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τὸ ἕλκος τῶν καθαρτικῶν τι, καὶ σπλήνεσιν οἰνηροῖσιν, ἢ ἐρίοισιν οἰσυπηροῖσι θεραπεύουσιν. αὕτη ἡ ἴασις κακὴ, καὶ εἰκὸς τοὺς οὕτως ἰητρεύοντας τὰ μέγιστα ἀξυνετέειν καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι κατάγμασι (337) καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι. μέγιστον γάρ ἐστι τὸ γινώσκειν, καθ᾽ ὁποῖον τρόπον χρὴ τὴν

auxilio ratione confiderato, fpem experientia confirmare. Quare folus inveniet diffidii caufam et diftinctiones, quibus animum adhibens ad id, quod aegrotanti conducit, perveniet, aliorum vero nullus hoc cognofcit. Nam qui cognitis per experientiam adhaerent immoranturque, illa fola affumunt, caufantes naturam, aut artem, aut hujusmodi aliquid offenfae caufam extitiffe; id quod etiam in opere de fracturis Hippocrates oftendit, nempe in fracturis, quae cum ulcere fiunt, hifce verbis. *At alii quidam funt, qui linteis ejusmodi ftatim medicantur, atque hinc et illinc linteolis deligant. Super ulcus autem ipfum definunt ac finunt refrigerari; deinde ipfi imponunt purgatorium aliquod medicamentum, et fpleniis vino madidis, aut lanis fuccidis curant; qui modus medicandi malus eft, ac verifimile eft ita medentes maxima non intelligere, tum in aliis fracturis, tum in hujusmodi. Maximum enim eft cognofcere, quomodo*

ἀγνοοῦσιν, ᾧ τάχα ἴσως ἀκολουθήσειεν, ὅτι μὴ περιλαμβάνηται κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἰατρικῆς ἐξ ἀνάγκης τὸ ζητούμενον· ἔνεστι γάρ τινι διαστειλαμένῳ τὴν ὁμωνυμίαν, εἶτα δείξαντι, σωμάτων μὲν τῶν ἐχόντων ὑγείαν, καὶ σημείων τῶν δηλούντων, καὶ αἰτίων τῶν ποιούντων ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἰατρικὴν, οὐ μὴν τῶν γε φυλαττόντων αὐτὴν ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τἀναντία τοῦ προβλήματος. ἐοίκασιν οὖν οἱ τὰ τοιαῦτα σοφιζόμενοι μήτε τὸ ζητούμενον ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, μήθ᾽ ὅτι καὶ σημεῖον ὑγιεινόν τι λέγομεν, ὃ τοῖς νοσοῦσιν ἐπιφαινόμενον ὑγείας μελλούσης ἐστὶ γνώρισμα, μήτ᾽ αἴτιον, ὃ τοῖς νοσοῦσιν προσαγόμενον ὑγιείας ἐστὶ ποιητικὸν, ὥσπερ ἀμέλει τὰ βοηθήματα σύμπαντα, μήθ᾽ ὡς καὶ τὸ δεδεγμένον ὑγίειαν σῶμα καλοῦμεν ὑγιεινὸν, ὧν πάντων ἐπιστήμην ὁ ἰατρὸς ἔχει, μηδὲ κοινωνούντων τῷ προβλήματι, πλὴν ὀνόματι. καὶ γὰρ, εἰ τῆς τῶν ὑγιαινόντων φυλακῆς ὁ ἰατρὸς ἐπιστάτης ἐστὶν, ἢ γυμναστοῦ τὸ τοιοῦτον ἴδιον, ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προὔκειτο ζητεῖν, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείχθη

eorum, quae ignorant, explicemus, quod fortaſſe certe conſequetur intra medicinae definitionem non neceſſario quaeſitum includi; ſiquidem alicui aequivocationem diſtinguenti, poſtea medicinam corporum ſanitate fruentium, notarum indicantium, cauſarum facientium, ſcientiam eſſe demonſtranti, non tamen idcirco ipſam etiam conſervantia tradere atque complecti oſtendere licet, contra atque propoſitum poſtulet. Quamobrem hujusmodi ſophiſtica adducentes neque quod quaeritur exacte percipere videntur, neque quodnam ſalubre ſignum appellemus, quod ſcilicet aegrotantibus adveniens futuram ſanitatem portendit, neque cauſam, quae corpori aegro adhibita ſanitatis eſt procreatrix, qualia nimirum ſunt univerſa remedia, neque quod corpus ſanitate praeditum ſalubre vocamus: quorum omnium nulla cum propoſito praeterquam nominis ſocietate junctorum medicus ſcientiam habet. Etenim ſanorum cuſtodiae medicusne, an duntaxat gymnaſta praeſideat, ab initio nobis propoſita quaeſtio fuit; quod, quemadmodum paulo ante declaravimus, judicium

τὴν κρίσιν ἐν τῇ τοῦ τέλους ἔχειν ζητήσει. πότερον γὰρ ἁπλῶς ὑγίεια τὸ τέλος ἐστὶν τῆς ἰατρικῆς, οὐδὲν διαφέρει, εἴτε ποιοῦντός τινος αὐτὴν οὐκ οὖσαν, εἴτε φυλάττοντος οὖσαν, ἢ τὸ ποιῆσαι μὲν μόνον ἰατρικῆς ἐστιν, τὸ φυλάξαι δὲ τῆς γυμναστικῆς αὐτῆς. οὕτω καὶ περὶ γυμναστικῆς, ἆρά γε εὐεξία τὸ τέλος ἐστὶν, ἢ ὑγίεια, ἢ ποίησις ὁποτέρου τούτων, ἢ φυλακή.

Κεφ. θ'. [13] Κινδυνεύσομεν γὰρ, ὡς ὁ λόγος ἔδειξεν, ἐὰν ὑπερβῶμεν τὴν μίαν, ἑπτὰ ποιῆσαι περὶ τὸ σῶμα τὰς τέχνας, τὴν μὲν πρώτην καὶ σαφεστάτην καὶ σχεδὸν μόνην ἀναμφισβήτητον ἰωμένην τὰ νοσήματα, δύο δ' ἄλλας, τὴν μὲν ἐκ τῆς κατὰ σχέσιν ὑγιείας εἰς τὴν καθ' ἕξιν ἄγουσαν, τὴν δὲ ἐν ταύτῃ φυλάττουσαν, καὶ δύο ἄλλας ὁμοίως περὶ τὴν εὐεξίαν, δημιουργικὴν μὲν τὴν ἑτέραν, φυλακτικὴν δὲ τὴν ἑτέραν, ἔτι τε πρὸς ταύταις ἄλλας δύο περὶ τὴν ἀθλητικὴν εὐεξίαν, ἁπλῶς μὲν γὰρ τὴν ἑτέραν τὴν κατὰ φύσιν ὀνομαζομένην εὐεξίαν, οὐχ ἁπλᾶς δὲ τὴν οὐ φύσει,

in finis exploratione habere diximus. Sanitas enim an simpliciter medicinae finis sit ipsam absentem acquirentis, an praesentem conservantis, nihil refert, neque si acquirere quidem medicinae sit, conservare autem gymnasticae: sic et de gymnastica proponi in quaestionem poterit, num bonus habitus aut sanitas ejus finis sit, aut horum alterutrius creatio sive custodia.

Cap. IX. Periculum enim fuerit, ut proxima demonstravit oratio, ne, si unam excedamus, septem circa humanum corpus artes constituamus, primam et manifestissimam et pene solam controversia carentem, eam scilicet, quae morbos expellit; duas alias, unam a sanitate secundum affectionem ad eam, quae est in habitu, ducentem, alteram in ea conservantem; duas item alias circa bonum habitum pariter sese habentes, effectricem unam, alteram, quae conservat; praeter has etiam duas circa bonum habitum athleticum versantes; simpliciter enim alterum naturalem bonum habitum appellamus, non simpliciter autem eum, qui non naturalis est, athle-

τὴν ἀθλητικὴν, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ προσθήκης, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης, ὁτὲ μὲν ὡδί πως λέγων, διαθέσιος ἀθλητικῆς οὐ φύσει ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων, ὁτὲ δ' αὖ πάλιν, ἐν τοῖς γυμναστικοῖς αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀθλητικοῖς τε καὶ γυμναστικοῖς σώμασιν· ἀκούειν γάρ σε χρὴ, γυμναστικὰ λέγεσθαι νῦν, οὐ τὰ τῶν ὁπωσοῦν γυμναζομένων, οἷον ἤτοι σκαπτόντων, ἢ ἐρεσσόντων, ἢ ἀμώντων, ἤ τι τῶν ἄλλων, ὅσα κατὰ φύσιν ἀνθρώποις ἔργα, πραττόντων, ἀλλ' οἷς αὐτὸ τοῦτ' ἔστιν ἀγώνισμα, τὸ γυμνάζεσθαι κατ' ἀθλητικὴν τῶν ἀντιπάλων ἰσχὺν ἐπασκοῦσιν. διὰ τί μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διάθεσις οὐ φύσει, δι' ἑτέρων ἐξηγούμεθα. τὸ δ' οὖν ἐκ τοῦ λόγου χρηστὸν εἰς τὰ παρόντα τοῦτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ νῦν εἰρημένον, ὡς ἑπτὰ γενήσονται περὶ τὸ σῶμα τέχναι, ἑτέρα μὲν τῆς ἄκρας εὐεξίας δημιουργὸς, ἑτέρα δὲ τῆς αὐτῆς ταύτης φυλακτική.

ticum inquam, fed cum adjectione femper, quemadmodum et Hippocrates inquit, nonnunquam fic loquens: *Affectu athletico non naturali habitus falubris melior;* interdum vero fic: *In his, qui corpora exercent, habitus ad fummum boni periculofi, in athleticis videlicet ac gymnafticis corporibus.* At de athleticis gymnafticisque vocatis corporibus nunc te intelligere oportet, non de illis, qui quomodolibet exercentur, ut de fodientibus, remos pellentibus, metentibus, aut quippiam aliud ex naturalibus hominum officiis praeftantibus, fed de illis, quibus id ipfum ftudium eft, ut contra athleticas adverfariorum vires exercendo fefe muniant. Quare autem hujufcemodi affectio naturalis non fit, alio loco expofuimus. Ex hac igitur oratione, quod optime ad praefens negotium facit, id ipfum eft, quod proxime diximus, circa humanum corpus feptem artes futuras, unam praetereuntibus, vel per Jovem et novem; cur enim non convenit duas alias artes ftatuere, alteram quidem exquifite boni habitus effectricem, alteram vero ejus ipfius cuftodem, quodque altera eft exquifite bonum

ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τῶν γυμναστικῶν εὐεξίας, ὅτι χρὴ φεύγειν τε καὶ δεδιέναι τὴν ἀκρότητα, πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται σαφέστατα. τῆς δ᾽ ἁπλῶς λεγομένης εὐεξίας τῆς κατὰ φύσιν οὐχ ὅπως φυλάττεσθαι προσήκει τὸ ἄκρον, ἀλλὰ καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν. οὕτως αἱ σύμπασαι γένοιντ᾽ ἂν ἐννέα περὶ τὸ σῶμα τέχναι, καὶ τούτων ἑπτὰ μὲν, ἃς ἂν καὶ ἐπαινέσειέ τις, αἱ δύο δ᾽ αἱ λοιπαὶ κακοτεχνίαι δηλονότι, καθάπερ καὶ ἡ κομμωτική. ταύτας μὲν οὖν, εἰ βούλει, παραλίπωμεν, ἐπέλθωμεν δ᾽ αὖθις τὰς ἑπτὰ, τὴν μὲν πρώτην ἁπασῶν, ἣν ἰᾶσθαι τὰς νόσους ἐλέγομεν, ἄλλας δ᾽ ἐφεξῆς αὐτῇ, δύο μὲν περὶ τὴν καθ᾽ ἕξιν ὑγίειαν, δύο δὲ περὶ τὴν εὐεξίαν, καὶ δύο ἄλλας περὶ τὴν ἄκραν εὐεξίαν. ἤδη μὲν οὖν καὶ τοῦτο εὔδηλον, ὡς, εἰ καί τις θείη περὶ τὸ σῶμα τέχνην ἓν ἔχουσαν δηλονότι τὸ τέλος, ἀναγκαῖόν ἐστιν τοῦτον μέχρι τῶν ἑπτὰ προϊέναι, καὶ ὡς οὐδὲν ἄλλο τὸ τέλος τοῦτ᾽ ἔστιν παρὰ τὴν ὑγίειαν.

Κεφ. ι΄. Ἄμεινον δ᾽ ἴσως ἀκριβέστερον ἐπεξελθεῖν τῷ λόγῳ, πρῶτον μὲν τοῦτο ἀναμνήσαντας, ὃ μηδεὶς ἀγνοεῖ,

habitum efficiens, altera confervans? Quod vero gymnaftici boni habitus fummitatem fugere vererique oporteat, ab Hippocrate clariffime teftatum eft; fed fimpliciter boni habitus appellati, qui fecundum naturam eft, fummum non folum vitare non convenit, imo totis viribus ad ipfum niti decet. Itaque omnes circa corpus noftrum artes novem fuerint; quarum feptem quis laudare poterit, reliquas duas potius vitiofas artes appellaverit, qualis et illa eft, quae comptoria dicitur. Has igitur, fi placet, dimittentes iterum feptem reliquas enumeremus, omnium primam, quam morbos pellere dicebamus, alias vero deinceps, duas circa fanitatem in habitu, duas circa bonum habitum, duas circa fumme bonum habitum. Jam fane et ex his patet, nifi quis circa corpus artem unum habentem finem ftatuat, eum ad feptem usque artes accedere neceffe effe, nihilque aliud hunc finem effe, quam fanitatem.

Cap. X. Sed melius forfitan fuerit accuratiorem fermonem facere, illud in primis, quod nemo ignorat,

Ed. Chart. VI. [13. 14.] Ed. Baf. IV. (289.)

τὰς μὲν κακοτεχνίας τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν ἐκποριζομένας ἑκάστῳ τῶν ὄντων, [14] τὰς τέχνας δὲ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἐν αὐτοῖς ὑπάρχον, ἐφεξῆς δὲ τούτῳ λέγοντας, ὡς, εἴπερ ἡ κομμωτικὴ καλουμένη νόθου κάλλους ἐστὶ δημιουργὸς, αὕτη μὲν ἂν εἴη κακοτεχνία τε καὶ κολακεία, τέχνη δέ τις ἑτέρα συστήσεται περὶ τὸ γνήσιόν τε καὶ ὄντως ἀληθινὸν κάλλος, ὅπερ ἐστὶν εὔχροιά τε καὶ εὐσαρκία καὶ συμμετρία τῶν μορίων, ἃ τῇ κατὰ φύσιν εὐεξίᾳ συμβέβηκεν. καὶ τὴ Δία ἄλλον μὲν λόγον τῆς γυμναστικῆς διωρισάμεθα, καὶ νῦν δ' ἂν ἴσως ἐπὶ κεφαλαίων οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε ποιησαμένους.

Κεφ. ια'. Ἤτοι γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖν ἑκάστῳ τῶν μορίων ὑγιαίνειν ἐστὶν, ἢ τοῦτο μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ κατὰ φύσιν τοῦ σώματος κατασκευῇ, τὸ δ' ὑγιαίνειν αὐτὸ τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ φύσιν κατεσκευάσθαι. τούτων ὁπότερον ἂν ἐθελήσῃς ὑποθέμενος ὑγίειαν, (οὐδὲν γὰρ εἰς τὰ παρόντα διαφέρει,) τῶν ἑξῆς λόγων οὕτως ἄκουε προσέχων

memoria repetentem, improbas artes apparens bonum unicuique eorum, quae sunt, artes autem verum ipsis inhaerens bonum comparare, ac deinceps dicentem, quod, si vocata comptoria adulterinam pulchritudinem conciliat, haec utique ars vitiosa adulatrixque fuerit, altera vero quaedam ars circa legitimam veramque prorsus pulchritudinem versabitur, quae in vegeto colore, carnis moderata copia membrorumque congrua proportione consistit, quae naturalem bonum habitum consequuntur. Sed de gymnastico bono habitu alibi seorsum verba feci; nunc autem et fortasse de eodem per capita loqui melius fuerit id sermoni principium statuentem.

Cap. XI. Sive enim secundum naturam operari unicuique membrorum idem quod bene valere est, sive id necessario naturalem corporis apparatum consequitur, ipsumque bene valere nihil est aliud, quam secundum naturam instructum esse, istorum utrumvis sanitatem constituens, (nihil enim nostra interest,) sequentem oratio-

τὸν νοῦν. πότερα τοῦ κατεσκευάσθαι κατὰ φύσιν ἕκαστον τῶν μορίων, ἢ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ χρήζομεν; ἐμοὶ μὲν πάντες δοκοῦσιν οὐδ' ἂν ὅλως θελῆσαι μόριον ἔχειν οὐδὲν ἀργὸν ἔργου τινὸς, οὔτ' οὖν ὀφθαλμοὺς μὴ βλέποντας, οὔτε ῥῖνας ὀσμᾶσθαι μὴ δυναμένας, οὔτε σκέλη μὴ βαδίζοντα, οὔτ' ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν ἢ μηδ' ὅλως ἐνεργοῦν, ἢ κακῶς ἐνεργοῦν. οὐδενὸς γὰρ ἁπάντων, ὧν χρήζομεν, ἀτελοῦς χρήζομεν, οὔτ' οἰκίας, οὔθ' ὑποδήματος, οὔτε σκίμποδος, οὔθ' ἱματίου, ἀλλ' ἅμα τε χρήζομεν καὶ τελείου χρήζο(290)μεν. οὕτως οὖν οὐδὲ τοῦ περιπατεῖν ἀσθενῶς καὶ ἀῤῥώστως, οὐδὲ τοῦ βλέπειν ἢ ἀκούειν ἀμβλέως, οὔτ' ἄλλου τῶν πάντων οὐδενὸς ἐλλιποῦς ὀρεγόμεθα. τίς γὰρ εὔχροιαν, ἢ εὐσαρκίαν, ἢ κάλλος ἁπλῶς τοῦ σώματος, ἢ ῥώμην ἐλλιπῆ σχεῖν εὔχεται; καὶ μὴν, εἴπερ οὐκ ἐλλιποῦς ἐνεργείας, ἀλλὰ τελείας χρήζομεν, οὐδὲ τῆς κατασκευῆς τοῦ σώματος, ἀφ' ἧς ἐνεργοῦμεν, ἐλλιποῦς δεησόμεθα. τούτων δ' ἦν θάτερον ὑγίεια· δῆλον οὖν ὡς οὐδεὶς ἀτε-

nem ita animum advertens accipito. Numquid naturali cujusque membri apparatu, an ejus opera indigemus? Mihi profecto ita perfuadeo, neminem membrum ignavum officioque proprio carens habere velle, neque igitur caecutientes oculos, neque nares odorari nequeuntes, neque crura torpentia, neque aliud quodpiam membrorum aut nihil penitus, aut depravate agens, habere cupiat: nullo enim eorum omnium, quibus egemus, imperfecto egemus, neque domo, neque calceo, neque fcamno, neque vefte, fed fimul egemus, et perfecto egemus. Itaque infirme debiliterque ambulare non petimus, neque obtufe cernere, vel audire, neque aliud quicquam deficiens mancumque expetimus. Quis enim coloris bonitatem, carnis molem, aut abfolute corporis pulchritudinem roburve imperfecta defiderat? Quocirca, fi actionem non depravatam, fed perfectam requirimus, neque corporis conftitutionem, a qua operamur, imperfecte votis expofcemus; atque ita quum horum alterutrum fanitas fit, nullus procul dubio mutilam fani-

λοῦς ὑγιείας, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα τελειοτάτης ἅπαντες χρῄζομεν.

Κεφ. ιβ'. Εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι τὴν εὐεξίαν οἴεταί τις εἶναι παρὰ τὴν τελείαν ὑγίειαν, ἄλλην μὲν τέχνην ὑγιείας, ἄλλην δ' εὐεξίας ζητείτω· εἰ δὲ ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν ἄμφω, μίαν ἀνάγκη καὶ τέχνην εἶναι. πῶς οὖν ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν εὐεξία τε καὶ ἡ παντελὴς ὑγίεια; πρῶτον, εἴπερ τὴν ταύτης αἰτίαν κατασκευὴν τὴν αὐτὴν δήπου καὶ τῆς εὐεξίας εἶναι πεπιστεύκαμεν, ἄμφω ταὐτὸν ἔσται· δεύτερον δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας. εὐεξία μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ εὖ ἔχουσα ἕξις, ἡ δὲ ἕξις διάθεσίς ἐστι μόνιμος, ὥστε, οὗπερ ἕξις, τούτου καὶ εὐεξία, πρός τι δ' ἄμφω. λέγεται δ' οὖν τις ἕξιν ἔχειν ἐν γραμματικῇ, καὶ ἄλλος ἐν ἀριθμητικῇ, καὶ ἄλλος ἐν γεωμετρίᾳ, καὶ ἄλλος ἐν ἀστρονομίᾳ, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ὄντων, ὅταν ἡ διάθεσις δύσλυτος ᾖ, ἕξις ὀνομάζεται. [15] διαφερέτω δὲ μηδὲν ἔν γε τῷ παρόντι, διάθεσιν ὀνομάζειν, ἢ σχέσιν. εἴπερ οὖν, οὗπερ ἕξις, τούτου

tatem, fed quam fieri poteft abfolutiffimam firmiffimamque exoptaverit.

Cap. XII. Igitur, fi aliud quidpiam bonum habitum a perfecta fanitate quis autumet, aliam fanitati, aliam bono habitui artem praeficiat: fin unum atque idem utrumque eft, unam et utrique artem praefidere necesse eft. At quomodo unum idemque bonus habitus atque abfoluta fanitas fuerit? Primum, fi apparatum hujufce caufam eundem et boni habitus effe crediderimus, ambo idem erunt; fecundo ex ipfa effentia id percipiemus. Bonus fiquidem habitus nihil eft aliud, quam bene fe habens habitus: habitus autem affectio ftabilis eft: quare, cujus eft habitus, ejus eft etiam bonus habitus, ambo vero ad aliquid funt. Dicitur itaque aliquis in grammatica habitum habere, alius in arithmetica, in geometria alius, alius in aftronomia, et in re qualibet, quum affectio bene adhaerens altiusque defixa fuerit, habitus nominatur. Nihil autem in praefentia referat affectionem aut habitudinem appellare. Quamobrem, fi et ejus eft

καὶ εὐεξία, τινὸς δὲ ἡ ἕξις δηλονότι, καὶ ἡ εὐεξία τινὸς, καὶ τοῦ αὐτοῦ γε, οὗ καὶ ἡ ἕξις. ἀλλ' ἡμῖν νῦν οὐ περὶ τῆς γεωμετρικῆς ἕξεως, ἢ μουσικῆς, ἢ γραμματικῆς, ἀλλὰ περὶ τῆς ὑγιεινῆς ὁ λόγος ἐστίν. οὐκοῦν, ὅταν εἴπωμεν εὐεξίαν, οὐ γραμματικὴν, ἢ μουσικὴν, ἢ γεωμετρικὴν, ἀλλ' ὑγιεινὴν λέγομεν. εὐθὺς δὲ αὐτὸ τοῦτο παρορῶσιν οἱ πολλοὶ καὶ νομίζουσιν, τὸ τῆς εὐεξίας ὄνομα τῷ τῆς ὑγιείας ὁμοίως λέγεσθαι. καίτοι τὸ μὲν τῆς ὑγιείας ὄνομα διαθέσεώς τινός ἐστιν, τὸ δὲ τῆς εὐεξίας οὐχ ἁπλῶς τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ τὸ κατ' αὐτὴν ἄριστόν τε καὶ μόνιμον ἐνδείκνυται. ἀρίστη ἐστὶν ἕξις ἐκείνης τῆς διαθέσεως, ἣν ὑγίειαν ὀνομάζομεν, ἡ εὐεξίαν. οὐκοῦν (αὖθις γάρ που καὶ αὖθις ἀνάγκη ταὐτὸν εἰπεῖν, εἰ μέλλει τις ἐξαιρήσεσθαι τῶν πολλῶν ἄγνοιαν παλαιάν,) οὔτε διαθέσεως, οὔτε κατασκευῆς, οὔτ' ἐνεργείας ἐστὶ τὸ τῆς εὐεξίας ὄνομα δηλωτικὸν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ τῆς ἕξεως, ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτοῦ μόνου τοῦ

bonus habitus, cujus eſt habitus, alicujus autem habitus eſt, alicujus ergo et bonus habitus erit, et ejusdem, cujus habitus. At nobis in praeſentia non de geometrico, muſico, aut grammatico, ſed de ſalubri habitu ſermo proponitur. Quum bonum igitur habitum dicemus, non grammaticum, muſicum, aut geometricum, ſed ſalubrem habitum dicemus. Atqui ſtatim id ipſum vulgares negligunt, et boni habitus ſanitatisque nomina idem ſignificare arbitrantur, quum tamen ſanitatis nomen affectionis cujusdam nomen ſit, boni vero habitus nomen non affectionem ſimpliciter, ſed quod in ea optimum permanensque eſt maniſeſtat: quandoquidem ejus affectionis, quam ſanitatem dicimus, praeſtantiſſimus habitus eſt bonus habitus. Non igitur (idem enim iterum atque iterum inculcare neceſſe eſt, quum quis multorum inveteratam ignorantiam ſtirpitus evellere cupiat); non, inquam, affectionem, non conſtitutionem, non actionem boni habitus nomen ſignificat, quemadmodum neque ſimpliciter habitus, ſed habitus quidem ſolam ipſam permanentiam ſtabilitatemque

Ed. Chart. VI. [16.] Ed. Bas. IV. (290.)

δυσλύτου τε καὶ μονίμου τῆς διαθέσεως, ἡ δ' εὐεξία πλέον οὐδὲν αὐτῷ προστίθησι τοῦ εὖ. σύγκειται οὖν ἐκ τοῦ τῆς ἕξεως ὀνόματος τὸ εὖ προσλαβόντος, ὅπερ εἰώθαμεν ἐπαινοῦντες ἅπασιν ἐπιφέρειν, ὅσα καλῶς καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν διάκειται. τίνος οὖν ὀρεγόμεθα, καὶ τί τῷ σώματι διὰ παντὸς ὑπάρχειν βουλόμεθα; πότερον διάθεσιν ὑγιεινὴν αὐτὸ τοῦτο μόνον ἴσχειν, ἢ τοῦτό γε παραπλήσιον τῷ ζητεῖν, ἆρά γε οἰκίας μοχθηρᾶς καὶ μελλούσης ὅσον οὔπω καταπεσεῖν χρήζομεν, ἢ καὶ πρὸς τὴν χρείαν, ἧς ἕνεκα γέγονεν, ἄριστα διακειμένης καὶ ὡς ἔνι μάλιστα πολυχρονιωτάτης; οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὔτ' ἐλλιπῶς οὔτ' ὀλιγοχρονίως ὑγιαίνειν βουλόμενος. ἀλλ' οὐδ' ἐστί τις ὅλως τέχνη σκοπὸν ἔχουσα τὸ χεῖρόν τε καὶ ὀλιγοχρονιώτερον, ἀλλ', ὅπερ ἂν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ἄριστόν τε μέλλῃ καὶ πολυχρονιώτατον ἔσεσθαι, τοῦτο ταῖς ποιητικαῖς ἁπάσαις τέχναις ὁ σκοπός. οὐ μὴν οὐδὲ τέλος ἄλλο τι παρὰ τὴν ἐπιτυχίαν ἐστὶ τοῦ σκοποῦ, καὶ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων,

affectionis ostendit: bonus vero habitus nihil ei plus quam bonitatem adjicit. Igitur ex hoc nomine habitus, et ex hac adjectione, bonus, componitur, quam omnibus, quae laudamus, apponere consuevimus, quaecunque probe et secundum propriam suam virtutem constituta sunt. Quid igitur appetimus, aut quid nostro corpori prorsus inesse precamur? numquid salubrem affectionem id ipsum solum? an hoc idem est, ac si quaeras, num infirmas aedes ac propediem ruituras expetimus? aut ultra usum, cujus causa structae sunt, elegantissime quoque compositas, et quam longissimo tempore duraturas? Nemo profecto reperiatur, qui non integre et non longi temporis spatio sanitate frui percupiat. Quin etiam nulla omnino ars est, quae sibi id, quod deterius est ac brevioris temporis, proponat, sed quod in eadem materia est optimum atque longissimo temporis curriculo permansurum. Id sane omnibus effectivis artibus propositum est; neque etiam finis plane aliud quippiam, quam propositi consequutio fuerit. Atque jam ex dictis aper-

ὡς καὶ τέλος ἕν ἐστιν τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης καὶ σκοπὸς εἷς. εἴτ᾽ οὖν ἀρτιότητά τις ἐθέλει τὸν σκοπὸν τοῦτον ὀνομάζειν, εἴτ᾽ εὐεξίαν, εἴθ᾽ ὑγείαν, εἴτε τὴν κατὰ φύσιν κατασκευὴν τοῦ σώματος, εἴτε τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, εἴτε διάθεσιν, ἢ κατασκευὴν, ἀφ᾽ ἧς ἐνεργοῦμεν τελέως ταύτας τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, οὐδὲν εἴς γε τὰ παρόντα δέομαι διαιρεῖν.

Κεφ. ιγ΄. Ἓν γάρ μοι πρόκειται δεῖξαι, τὸ πᾶσαν τέχνην καὶ σκοποῦ καὶ τέλους ἐφίεσθαι. τέλος δ᾽ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἕν, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ κατ᾽ ἐκείνην τὴν οὐσίαν ἀγαθόν. ἀμπέλου γοῦν οὐκ ἄλλο μὲν τελειότης, ἄλλο δὲ τὸ ἀγαθὸν, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἄλλο τι παρὰ τοῦτο πρόκειται σκοπεῖσθαι τῇ περὶ τὰς ἀμπέλους τέχνῃ, καθάπερ οὐδὲ τῇ περὶ τὰς ἐλαίας, ἀλλὰ καὶ ἥδε τὴν τελειότητα τῆς τῆς ἐλαίας φύσεως ἔχει τὸν σκοπόν. ἓν δή τι τῶν ὄντων ἐστὶ τό τ᾽ ἀνθρώπου σῶμα, καί τίς ἐστιν καὶ τοῦδε πάντῃ τελειότης, ἣν καὶ παροῦσαν φυλάττειν, καὶ

tum est, artis circa corpus versantis finem esse unum propositumque unum: sive propositum hoc quispiam integritatem nominet, sive bonum habitum, sive sanitatem, sive naturalem corporis constitutionem, sive naturalem actionem, aut affectum, aut constitutionem, per quam integre atque absolute his naturales functiones obimus, nihil in praesentia distinguere opus est.

Cap. XIII. Siquidem unum mihi ostendendum proponitur, omnes videlicet artes propositum finemque appetere, finem vero uniuscujusque rei unum esse, qui nihil aliud sit, quam secundum illam substantiam bonum. In vite igitur non aliud quidem perfectio est, aliud vero bonum, neque aliud praeter id quippiam ars vitium cultum tradens sibi speculandum proponit. Itidem et ars oleas excolere docens olearum naturae perfectiones sibi propositum statuit. Verum enim vero una quaedam res est humanum corpus, et quaedam quoque hujusce omnino perfectio est, quam et praesentem custodire, absentem

ἀποῦσαν ἀνασώζεσθαι πρόκειταί τινι τέχνῃ. [16] ταύτης δ' εἴπερ τι κατωτέρω ποιήσομεν ἕτερον τέλος, ὁ προειρημένος ἡμᾶς ἐκδέξεται λόγος. ἔσται γὰρ ἡ μὲν τῆς εὐεξίας, ἡ δὲ ἄκρας εὐεξίας, ἑτέρα δὲ τῆς ὑγιεινῆς ἕξεως, καὶ τετάρτη τις ἄλλη τέχνη σχέσεως ὑγιεινῆς δημιουργὸς, ἔξωθεν δὲ τούτων ἄλλη πέμπτη τῆς ἀθλητικῆς εὐεξίας. εἰ δὲ καὶ δημιουργεῖν μὲν ἄλλαις τὰ τέλη, φυλάττειν δ' ἄλλαις ἐπιτρέψομεν, οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐταῖς ἄλλας τοσαύτας ἐπιζητήσομέν τε καὶ συστησόμεθα περὶ τὸ σῶμα τέχνας.

Κεφ. ιδ'. Ὡι καὶ δῆλον, ὡς οὔτε πολλὰ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ χρὴ ποιεῖν, οὔτ' ἄλλην μέν τινα αὐτοῦ δημιουργὸν, ἄλλην δὲ φύλακα. τῷ μὲν δὴ σκοπεῖσθαι δυναμένῳ διὰ κεφαλαίων τὸ σύμπαν οὐδὲν ἔτι προσδεῖ· τῷ δὲ τοῦτο μὴ δυναμένῳ δρᾶν, ἢ καὶ πάντ' ἐξαλεῖψαι τῆς διανοίας, ὅσα τοῖς κακῶς ὑπειλημμένοις ἕπεται, δεομένῳ, παμπόλλων ἔθ' ἡγοῦμαι δεῖν. ὅτι τε γὰρ οὐχ ἓν ἐστιν τὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ὑγίειά τε καὶ ῥώμη καὶ κάλλος, ὅτι τε δυνατὸν ἑτέραν μὲν εἶναι δημιουργὸν τού-

revocare alicujus artis officium eſt. Hujus autem ſi alterum quendam inferiorem finem conſtituam, antedictus nos excipiet ſermo: erit enim haec boni habitus, illa ſumme boni habitus, alia ſalubris habitus, et quarta inſuper ars ſalubris habitudinis opifex, et praeter has athletici boni habitus effectrix quinta. Quod ſi aliis quidem artibus fines inducere, aliis autem eos conſervare permiſerimus, non has modo, verum etiam alias totidem circa corpus artes inveſtigabimus conſtituemusque.

Cap. XIV. Ex quo efficitur, neque multa corporis bona eſſe ponenda, neque aliam ejusdem opificem, aliam vero cuſtodem artem eſſe ſtatuendam. Ei ſane, qui poteſt omnia per capita contemplari, non pluribus opus eſt; qui vero id facere nequeat, vel et omnia ex animo delere, quaecunque ex male perceptis ſequuntur, opus habeat, longiore, puto, adhuc oratione indiget. Illa ſane confutanda ſunt, quod non unum ſit corporis bonum, ſed omnia haec, ſanitas, robur et pulchritudo, quodque ars

του τέχνην, ἑτέραν δὲ φυλακτικήν, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἑπόμενα κακῶς ἐγνώκασιν ἔνιοι, διελέγξαι χρή. καὶ πρῶτόν γε, ὅτι τοῦ σώματος ἓν ἀγαθόν ἐστιν, διελθεῖν ἄμεινον πρώτως τε καὶ κυρίως λεγόμενον, ἐφ᾽ ὃ πάντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ λεγόμενα σώματος ἀγαθὰ, τὰ μὲν ὡς μόρια ἐκείνου λέγεται, τὰ δ᾽ ὡς αἴτια, τὰ δ᾽ οἷον καρπός τις. ὥσπερ γὰρ τὸ κάλλος ἥ τ᾽ εὔχροια καὶ ἡ εὐσαρκία καὶ ἡ συμμετρία, καθάπερ καὶ ἄλλα τινὰ, συμπληροῖ, τί κωλύει καὶ τὸ τοῦ σώματος ἐξ ὑγείας καὶ ῥώμης καὶ κάλλους συμπληροῦσθαι; τί δὲ κωλύει πάλιν αὐτοῦ μὲν τοῦ σώματος ἀγαθὸν εἶναι τὴν ὑγίειαν, οἷον δὲ καρπόν τινα τὸ κάλλος αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν ὑπάρχειν; τί δὲ κωλύει, τὴν μὲν ἐνέργειαν εἶναι τὸ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦ σώματος, αἰτίαν δ᾽ αὐτοῦ τὴν ὑγίειαν; οὐ γὰρ ἐξ ἄλλων μέν τινων ὑγιαῖνον ἀκριβῶς ἔσται σῶμα, δι᾽ ἄλλων δ᾽ ἰσχυρὸν, ἢ καλὸν αὐτὸ μέλλει ποιήσειν· εὐθὺς δὲ τοῦτο καὶ ἀκριβῶς ὑγιεινόν.

una id procreare poſſit, altera conſervare, et quaecunque alia ab his orientia nonnulli perperam decreverunt: atque in primis unum eſſe corporis bonum primarie et proprie dictum, ad quod reliqua omnia referuntur, explicare melius eſt: alia vero corporis bona vocata, nonnulla ut partes illius dicuntur, alia ut cauſae, alia ut fructus quidam. Quemadmodum enim pulchritudinem vividus color, moderata carnis moles, membrorum commoderatio et alia quaedam integrant, quidni et corporis bonum ex ſanitate, robore et pulchritudine conſletur? Item quid prohibet ipſius corporis bonum eſſe ſanitatem, ſed veluti fructum quendam ejus pulchritudinem et actionem? Quid obſtat praeterea primum corporis bonum actionem eſſe, ejus vero cauſam ſanitatem? Neque enim per alia exquiſite ſaneſcet corpus, per alia robuſtum aut pulchrum evadet: ſtatim vero id etiam exacte ſalubre eſt.

Κεφ. ιε΄. Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο μία τέχνη περὶ τὸ σῶμα. τὰ γὰρ αὐτὰ πράττοντες ἰσχυροί τε ἅμα κατὰ τὰς ἐνεργείας ἐσόμεθα, καὶ καλλίους ὀφθῆναι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐεκτικώτεροι, καθάπερ εἰ καὶ σφαλείημέν τι περὶ τὸ σῶμα, καὶ τῶν ἐνεργειῶν τὴν ῥώμην καταλύσομεν, καὶ τῷ κάλλει λυμανούμεθα, καὶ τὴν εὐεξίαν καθαιρήσομεν, καὶ τὴν ὑγίειαν μειώσομεν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα συναυξάνεταί τε καὶ συμμειοῦται προσηκόντως. ἡ γάρ τοι κατὰ φύσιν ἐνέργεια δεῖται τῆς κατὰ φύσιν τοῦ σώματος κατασκευῆς, ὑφ᾽ ἧς γίνεται, λόγον αἰτίας ἐχούσης πρὸς αὐτήν. ὥστ᾽ οὐκ ἐνδέχεται πρότε(291)ρον τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν εἶναι, τὸ δ᾽ ἕτερον μὴ παρεῖναι. καὶ μὲν δὴ καὶ συναυξάνεται καὶ συμμειοῦται ἀμφότερα. βελτίω μὲν δὴ γινόμενα, τὸ μὲν εὐεξία, τὸ δὲ ῥώμη κέκληται. τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ ἡ ῥώμη πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἔχει λόγον, ὅνπερ ἡ εὐεξία πρὸς τὴν ὑγείαν. ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρῳ γίνεται, καὶ ὥσπερ ἡ εὐεξία τινός ἐστιν, οὕτως καὶ ἡ ῥώμη. τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς

Cap. XV. Quare et ex hoc unam circa corpus artem esse convincitur: eadem enim facientes simul et robusti ad agendum erimus, et visu pulchriores, et salubriores, meliorisque habitus efficiemur; quemadmodum contra, si qua in corpus noxa inciderit, et actionum firmitas labascet, et pulchritudo marcescet, et bonus habitus tolletur, sanitasque ipsa violabitur: haec enim omnia merito simul augentur, simulque decrescunt. Naturalis etenim actio naturali corporis eget apparatu, a quo rationem causae erga ipsam habente producitur. Quocirca illud fieri non potest, ut istorum alterum adsit, alterum vero absit: ambo praeterea haec simul augentur atque decrescunt: quumque in melius proficiunt, hic bonus habitus, ille robur appellatur; eadem namque ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati, comparatur, utrumque enim ab utroque producitur, sicutque alicujus bonus habitus est, ita et robur; naturalis nam-

εἴτε διαθέσεως [17] ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία, τῆς δὲ ἐνεργείας ἡ ῥώμη. ταὐτὸν δ᾿ ἀρετή τε καὶ τελειότης ἐστὶν καὶ τὸ καθ᾿ ἕκαστον τῶν ὄντων ἀγαθὸν, ὅπερ αὐτοῦ πρώτως τε καὶ ἁπλῶς ἀγαθὸν ὀνομάζεται. καὶ μὲν δὴ καὶ χείρω γίγνεται διὰ τῶν αὐτῶν ἀμφότερα. καὶ ἡ μὲν ὑγιεινὴ διάθεσις, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν, εὐεξία προσαγορεύεται, εἰ δ᾿ αὖ τις ἐνεργῶς ἀσθενὴς, ῥώμης ἀῤῥωστία τε καὶ ἀσθένεια. καὶ δὴ καὶ κάλλος μὲν τοῖς προτέροις, αἶσχος δὲ τοῖς δευτέροις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. πάντ᾿ οὖν ταῦτα καὶ συναύξεται, καὶ συμμειοῦται, καὶ τελειοῦται, καὶ καθαιρεῖται πάνθ᾿ ἅμα, καὶ τὸ βλάπτον ὁτιοῦν ἓν ἐξ αὐτῶν εὐθὺς καὶ τἄλλα σύμπαντα βλάπτει, τό τ᾿ ὠφελοῦν ὡσαύτως ἅπαντα ὠφελεῖ. καὶ δῆλον, ὡς καὶ διὰ τοῦτο μίαν ἀνάγκη τέχνην εἶναι περὶ σύμπαντα ταῦτα. τί δὴ τούτων ἐστὶ τὸ πρῶτόν τε καὶ ἁπλῶς ἀγαθὸν τοῦ σώματος, οὐδὲν μὲν ἐγείρει, τό γε νῦν εἶναι, λέγειν, ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτ᾿ ἐνδέῃ, προσθήσω. σώματος

que ſive apparatus, ſive actionis, utcunque vocare libet, virtus quaedam eſt bonus habitus, actionis vero naturalis virtus robur eſt, idem autem eſt virtus, perfectio et cujusque rei bonum, quod illius primum atque ſimpliciter bonum nominatur. Ambo ſane et propter eadem deteriores melioresve redduntur, bonus namque habitus ſalubris, ut ante dictum eſt, affectio nominatur. Si quis rurſus manifeſte debilis ſit, roboris infirmitas imbecillitasque dicetur: pulchritudo praeterea priora, poſteriora deformitas neceſſario comitatur. Haec plane omnia ſimul creſcunt, ſimul minuuntur, et perficiuntur ſimul omnia, ſimulque delentur; quodque iſtorum unum laeſerit, quicquid fuerit, ſtatim et reliqua omnia laedit; contra quod juvat, pariter et omnia juverit. Atqui ex dictis jam unam circa haec omnia artem neceſſario verſari eluceſcit. Quod iſtorum autem princeps ſimpliciterque corporis bonum ſit, nihil in praeſentia attinet dicere; ſed tamen, ne id quoque ſermoni deficiat, ſubjungam. Corporis

ἀγαθὸν ἁπλῶς καὶ πρῶτον, οὗ μάλιστα δεόμεθα, τελειότης τῆς ἐνεργείας ἐστὶν, ὅπερ δὴ ῥώμην τε καὶ ἰσχὺν ὀνομάζουσιν, ἐλλειπτικῶς ἑρμηνεύοντες· ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς, οὐ ῥώμην ἁπλῶς, ἀλλ' ἐνεργείας ῥώμην, οὐδ' ἰσχὺν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐνεργείας ἰσχὺν εἰπεῖν. ἑξῆς δὲ τούτων δεύτερον οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ καθ' ἑαυτὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι γε τὸ πρῶτόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸ τοιούτου δεῖται πάντως εἰς γένεσιν. οἷον ἡ τῆς ὑγιείας ἐστὶν εὐεξία, ἣν καὶ αὐτὴν πάλιν ἐλλειπτικῶς ὀνομάζοντες ἀφορμὴν σοφισμάτων παρέχουσιν· δέον γὰρ εὐεξίαν ὑγείας εἰπεῖν, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἁπλῶς εὐεξίαν ὀνομάζουσιν. ἕπεται δ' ἐξ ἀνάγκης τῇδε τὸ κάλλος, ἄλλο τι γένος· ἕπεται ἐκείνοις τρίτον ἀγαθὸν σώματος. ὥστε οὔτε ὁμογενῆ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καθάπερ οὐδὲ τὰ τῆς ψυχῆς, οὔθ' ὁμοίως λέγεται ἅπαντα, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς πρῶτόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸ, τὸ δ' ὡς αἴτιον ἐκείνου, τὸ δ' ὡς ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον. τίνος οὖν τούτων τῶν τριῶν ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη πρώτη ἐστὶ δη-

bonum abfolutiffimum atque primarium, quo egemus potiffimum, actionum perfectio eft, quod fane robur vimque imperfecte enunciantes nominant, fiquidem eos oportebat non robur fimpliciter, fed actionum robur, neque vim fimpliciter, fed actionum vim nuncupare. Deinceps vero poft fecundum non fimpliciter neque per fe corporis bonum, fed quoniam primo et per fe hujusmodi bono ad fui creationem actionum robur indiget, fanitatis eft bonus habitus, quem et ipfum iterum imperfecte nominantes cavillationibus anfam praebuere; fanitatis enim bonum habitum quum dicere debeant, non ita, fed abfolute bonum habitum vocant. Hunc neceffario pulchritudo fequitur, aliud quoddam ab illis et tertium corporis bonum. Quare corporis bona aeque ac animae neque unius generis funt neque fimiliter omnia dicuntur, fed unum quidem ut primum atque per fe, alterum tanquam illius caufa, tertium vero ut neceffario confequens. Igitur cujus horum trium ars corpus gubernans

μιουργός; ἆρά γε τῆς ὑγιείας, ἢ τῆς ἐνεργείας, ἢ τοῦ κάλλους; ὅτι μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὠφελήσει τε καὶ ποιήσει τὰ τρία, κἂν ἓν ἐξ αὐτῶν ὁτιοῦν ὠφελῇ, πρόδηλον ἤδη γέγονεν. εἴτε γὰρ τὴν ἐνέργειαν, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὴν ὑγιειάν τε καὶ τὸ κάλλος· ἡ μὲν γὰρ οὐχ οἵα τέ ἐστιν χωρὶς τῆς ποιούσης αὐτὴν αἰτίας γενέσθαι, τὸ κάλλος δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται· εἴτε τὴν ὑγίειαν, εὐθὺς καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὸ κάλλος· ἄμφω γὰρ ἦν ταύτης ἔγγονα· καὶ μὴν εἰ τὸ κάλλος ποιοῖ, πάντως που καὶ τὴν ὑγίειαν προπεποίηκεν, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὴν ἐνέργειαν.

Κεφ. ιϛ'. Ἀλλὰ τί τὸ πρώτως ἐστὶν ὑπὸ τοῦ τεχνίτου γιγνόμενον, ὃ λόγος ἐπόθει θηρᾶσαι. καὶ δὴ φαίνεται σαφῶς ἤδη διὰ τῶν εἰρημένων ἡ μὲν τέχνη τὴν ὑγίειαν ἐργαζομένη, ταύτῃ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐνέργειά τε καὶ τὸ φυσικὸν κάλλος ἀκολουθεῖ. ὅπου γὰρ πρῶτον ἐνεργῶν ὁ τεχνίτης ἵσταται, τοῦτ' ἔστιν αὐτοῦ τὸ τέλος, ἵσταται δὲ ἐν τῷ τὴν κατὰ φύσιν ἐργάσασθαι διάθεσιν, ἀφ' ἧς ἐνεργοῦμεν, ὅπερ

primarius opifex eſt? num ſanitatis, an actionis, an pulchritudinis? Supra enim jam patuit, etiamſi iſtorum uni tantum, quodcunque malis, profueris, neceſſario cunctis tribus profuturum. Nam ſi actionem juvabis, et ſanitatem, et pulchritudinem neceſſario juvabis; quandoquidem ea ſine cauſa ipſam producente conſiſtere nequit, pulchritudo vero neceſſario ſubſequitur. Item ſi ſanitati proderis, illico et actioni et pulchritudini proderis, etenim utraque ab ea profluit: qui vero pulchritudinem creat, procul dubio et ſanitatem ante creaverat: ſi eam, itidem et actionem.

Cap. XVI. Verum quod primum ab artifice fiat, ſermo noſter veſtigare cupiebat. Atqui jam ex ſupra poſitis manifeſte ars ſanitatem efficere videtur, hanc vero naturalis pulchritudo actioque ſequatur neceſſe eſt; quod enim primum artifex quum fecerit acquieſcit, id ejus plane finis eſt: at naturali affectione, per quam agimus, reſtituta conquieſcit, ea vero ſanitas erat: quam quum

ην ὑγίειαν, ταύτην δ' ἐργασάμενος οὐδὲν ἔτι πονεῖ περὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὸ κάλλος, ἕπεται γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖνα, κᾂν ὁ τεχνίτης μὴ θέλῃ, [18] καὶ κωλῦσαί γ' αὐτὰ τῷ τεχνίτῃ παντάπασιν ἀδύνατον, ἅπαξ γε τὴν ὑγίειαν ἐργασαμένῳ, αὐτὴν μέντοι τὴν ὑγίειαν ἐπ' αὐτῷ κωλύειν ἐστίν. εἰ δέ γέ πη διαφθείρειεν αὐτὴν, οὐκ ἔστιν ἐπ' αὐτῷ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν ἢ τὸ κάλλος ἐκπορίσαι τῷ σώματι. τὴν οὖν περὶ τὸ σῶμα τέχνην, ἥτις ἂν ᾖ, περὶ μὲν τὴν ὑγίειαν ἁπάντων πρώτην τε καὶ καθ' ἑαυτὴν πραγματεύεσθαι φατέον, ἐφεξῆς δὲ κατά τι συμβεβηκὸς τήν τ' ἐνέργειαν καὶ τὸ κάλλος, οὐ μὴν ἀτελές γέ τι τούτων οὐδὲν, οὐδ' ἐλλιπὲς, ἀλλὰ τέλεα, καὶ πλήρη, καὶ ἄκρα. ὅπως μὲν οὖν ἐστι πολλὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καὶ πῶς ἓν, ὅτι τε μὴ πάντων ὡσαύτως ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη πεφρόντικεν, ἀλλὰ τοῦ μὲν καθ' αὐτὸ, τοῦ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, αὐτάρκως δέδεικται.

Κεφ. ιζ'. Διὰ τί δ' οὐκ ἐνδέχεται κατ' οὐδεμίαν ὕλην ἄλλην μὲν τέχνην τοῦ τέλους δημιουργὸν, ἑτέραν δ' εἶναι

induxit, nihil ultra circa actionem pulchritudinemve laborat, accedunt enim hae vel invito artifice, ipsisque aditum intercludere, quum semel sanitatem creaverit, prorsus nequit. Ipsam plane sanitatem impedire in ipso artifice positum est: quod si ipsam corruperit, naturales actiones aut pulchritudinem corpori adipisci nullo unquam pacto valebit. Artem itaque corpus tractantem, qualiscunque sit, circa sanitatem omnium primam atque per se negotiari asserendum est, deinceps accidit, ut de actione pulchritudineque curam habeat; neque vero ullum istorum imperfectum mancumque est, sed perfecta, cumulata ac summa sunt. Quomodo igitur plura sint corporis bona, quomodo unum, quodque non omnium aeque ars corporis curam habeat, sed unius per se, et accidenti aliorum, abunde dissertum est.

Cap. XVII. Jam vero et illa ostendere conabor, quare in nulla ars materia una finis effectrix, altera

τὴν φυλάττουσαν, ἤδη καὶ ταῦτα πειράσομαι δεικνύναι. καὶ πρῶτον μὲν, ὡς οὐδὲ τὸ παράδειγμα αὐτοῖς ὁμολογεῖ τὸ σφέτερον, ἐπιδείξω, μετὰ ταῦτα δὲ, ὡς οὐδὲ ἡ τῶν πραγμάτων αὐτῶν φύσις. εἴπερ γὰρ ἄλλης μέν ἐστι τέχνης ὑπόδημα ποιήσασθαι, τὸ δ᾽ ἠπήσασθαι τοῦτο πάθὸν ἑτέρας, οὔπω τὴν τρίτην ἐνταῦθα τέχνην ἐπέδειξαν ἡμῖν, τὴν φυλακτικήν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἱματίων, εἴπερ ἑτέρας μέν ἐστι τέχνης ἠπήσασθαι, δημιουργῆσαι δ᾽ ἑτέρας, ἡ τρίτη κἀνταῦθα τίς ἐστιν ἡ φυλακτικὴ, λέγειν οὐχ ἕξουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, καὶ ὅλως τῶν ὑπὸ φύσεως διοικουμένων, ἡ μὲν, οἷον δημιουργικὴ, ἡ φύσις ἐστὶν ἀνάλογον ὑφαντικῇ τε καὶ σκυτοτομικῇ, τὸ πονῆσαν δ᾽ ἐπανορθοῦται γεωργός τε καὶ ἰατρός· ἀνάλογον οὖν καὶ οἶδε τῷ ῥάπτοντι τὰ ἱμάτια καὶ τῷ τὰ παλαιὰ τῶν ὑποδημάτων ἐπανορθουμένῳ. τὸ δὲ φυλάττειν ἱμάτιον ἢ ὑπόδημα καταθέμενον ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὅπως μὴ κλαπείη πρός τινος, ἢ ὑπὸ μυῶν καταβρωθείη, τάχα μὲν οὐδὲ τέχνης ἐστὶν οὐδεμιᾶς, ἀλλ᾽ ἐπιμελείας μόνης. εἰ δ᾽ ἄρα

conſervatrix reperiatur: ſtatimque ab initio neque illorum exemplum, qui in hac fuere ſententia, neque rerum praeterea ipſarum naturam ipſis favere declarabo. Si alterius enim artis eſt calceum conficere, alterius labefactatum reſarcire, nondum tertiam hic artem conſervatricem nobis oſtenderunt: pariter et in veſtibus, ſi alterius quidem artis eſt eas reſarcire, alterius autem conficere, quaenam et in his tertia ſit ars conſervatrix, explicare non poterunt. In noſtris profecto corporibus, univerſimque in his, quae a natura reguntur, veluti effectrix utique natura eſt, textoriae coriariaeque proportione reſpondens. Vitioſum autem corpus inſtaurant agricola et medicus, qui et ipſi veſtes facienti et veteres calceos inſtauranti ſimiles ſunt. Veſtem autem calceumve in conclavi reponendo cuſtodire, ne aut a quopiam ſurripiatur, aut a muribus erodatur, id neque ullius forſitan artis, ſed ſolius eſt diligentiae. Quod ſi horum conſervatricem

καὶ τέχνην τινὲς εἶναι βούλονται φυλακτικὴν αὐτῶν, αἱ τοιαῦται τέχναι τοῖς ἀνθρώποις ἡ στρατηγική τέ εἰσι καὶ ἡ πολιτική, καὶ πρὸς ταύταις ἥ τε τῶν θυρωρῶν, εἰ βούλει, καὶ τῶν ἄλλων φυλακῶν. ἵνα γὰρ μήτε ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ὦμεν, ἢ ὅλως τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, μήτ᾽ ἐπὶ τοῖς θηρίοις, οἰκίας τε καὶ πόλεις οἰκοδομησάμεθα, καὶ τείχη περιεβαλόμεθα, καὶ στρατηγοὺς καὶ ἄρχοντας ἀπεδείξαμεν. ἀλλ᾽ οὐ τοιαύτην τινὰ ἐζητοῦμεν τέχνην ὑγιείας φυλακτικήν, ἀλλ᾽ ἥτις, οἶμαι, περὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου πραγματευομένη τι, μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ καθ᾽ αὑτό, σῶον αὐτὸ καὶ ὑγιαῖνον ἀποδείκνυσιν. ἑκάστη δὲ τῶν νῦν εἰρημένων οὐκ αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν ὑγιείας ἐστὶ φύλαξ, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ συμβέβηκεν τῷ μὴ σφαγέντι μήθ᾽ ὑπὸ θηρίου καταβρωθέντι φυλάττεσθαι τὴν ὑγίειαν, ὥσπερ οὖν καὶ ὅλην τὴν ζωήν, διὰ τοῦτο κατά τι συμβεβηκός, οὐ πρώτως, οὐδὲ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἑκατέρα τῶν τοιούτων τεχνῶν ὑγιείας γίγνεται φύλαξ.

Κεφ. ιη΄. [19] Ἡ πρώτη οὖν ὑγίειαν φυλάττουσα κατὰ

artem esse quidam velint, tales apud homines artes sunt imperatoria reique publicae gubernatoria, et praeter has, si placet, ostiariorum caeterorumque custodum: ut enim ne inter hostes, aut prorsus ne inter sceleratos homines ferasque bestias versaremur, aedes civitatesque construximus, et muros circumdedimus, imperatores ac principes creavimus. Sed non istarum similem sanitatis conservatricem artem conquisivimus, sed eam, quae (ut puto) in humanum corpus aliquid agens, non ex accidenti, sed per se incolume ipsum valensque praestet: at proxime dictae singulae non ipsae per se sanitatem custodiunt, sed eo, quia homini non jugulato neque a fera discerpto sanitatem servari, quemadmodum et totam vitam, contigit: idcirco ex quodam accidenti, non primo, neque ex sua ipsius ratione, harum utraque artium sanitatem conservat.

Cap. XVIII. Igitur sanitatem praecipue ex sui ra-

τὸν ἑαυτῆς λόγον ἐν τίσιν ἕξει τὴν πραγματείαν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, μήτ᾽ ἐν τοῖς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁμιλοῦσι τῷ σώματι, μήτε ἐξ ἀνάγκης ἐν τοῖς οὐδὲν διατιθεῖσιν, ἀλλ᾽ ἐν οἷς τε διατρίβει πάντως τὸ σῶμα, κᾂν ἡμεῖς μὴ βουλώμεθα, καὶ τούτων τοῖς ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν δυναμένοις, ἐν τούτοις τε καὶ περὶ ταῦτα πραγματεύεσθαι. ξίφεσι μὲν οὖν, καὶ θηρίοις, καὶ κρημνοῖς, καὶ βρόχοις οὐκ ἐξ ἀνάγκης περιπίπτει τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῷ περιέχοντι (292) ἀέρι κατὰ διττὸν τρόπον ἐξ ἀνάγκης ὁμιλεῖ, καὶ πάντη περικεχυμένῳ, καὶ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκομένῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ ὕπνος, καὶ ἐγρήγορσις, ἡσυχία τε καὶ κίνησις ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ἀνάγκη γὰρ ἢ ὑπνοῦν, ἢ ἐγρηγορέναι, ἢ ἡσυχάζειν, ἢ κινεῖσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ λιμώττειν, καὶ ἐσθίειν, καὶ διψῆν, ἢ πίνειν, ἤ τινα μεταξὺ τούτων ἔχειν κατάστασιν. αἱ δὲ τῆς κοίτης διαφοραὶ καὶ τῶν ἱματίων οὐκ ἀναγκαῖαι πᾶσαι. κλίνη γὰρ ἐλεφαντόπους οὐδὲν οὔτ᾽ ὠφελεῖ τὴν ὑγίειαν, οὔτε βλάπτει, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ σκίμπους εὐτε-

tione conſervans quibus continebitur? Ut mea quidem fert ſententia, neque illis, quae non neceſſario corporibus noſtris adhaerent, neque illis, quae nullam in partem neceſſario corpora noſtra permutant, ſed illis, quibus, velimus nolimus, corpus noſtrum omnino utitur, et eorum illis, quae juvare aut officere valeant: in iis, inquam, et circa haec tuendae sanitatis artem verſari arbitramur. In gladios enim, aut feras, aut laqueos, aut praecipitia non neceſſario corpora noſtra incurrunt, ſed in ambiente aëre duplici ratione verſantur, et quoniam corpori undique circumfuſus eſt, et quoniam per inſpirationem ducitur. Atqui ſomnus et vigilia, quies item et motio in horum numero ponitur: neceſſe namque eſt aut dormire, aut vigilare, quieſcere aut motu exerceri, perinde eſurire et cibum capere, ſitire ac bibere, aut inter haec mediam obtinere conſtitutionem. Cubilium autem diſcrimina ac veſtimentorum non omnia neceſſaria ſunt. Eburneis namque pedibus lectulus aut grabatus ignobilis nihil ſanitati prodeſt, aut officit, neque

λῆς, καὶ ἱματίοις εὐτελέσιν ἢ πολυτελέσιν, ἢ τοῖς σκεύεσιν ὑαλίνοις, ἢ χρυσοῖς, ἢ ἀργυροῖς, ἢ ξυλίνοις χρῆσθαι, καὶ παῖδας ἔχειν εὐμόρφους ἢ αἰσχροὺς τοὺς ὑπηρετουμένους, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν, ἀλλ' ἑαυτῷ διακονεῖσθαι. ταῦτα μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτ' ὠφελεῖν οὔτε βλάπτειν ἡμᾶς πέφυκεν, οὔτε καθ' ἑαυτὰ καὶ πρώτως, οὔτε κατὰ συμβεβηκός. ἀὴρ δὲ θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ἐδέσματά τε καὶ πόματα, καὶ ἠρεμία, καὶ κίνησις, ἐγρήγορσίς τε καὶ ὕπνος ἐξ ἀνάγκης ὠφελεῖ καὶ βλάπτει κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. ἱμάτιον δὲ τρύχινον ἐν χειμῶνι, καὶ βαρὺ καὶ πνιγῶδες ἐν τῷ θέρει βλάπτει μὲν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ τε κρύει καὶ θάλπει τιμωρεῖται.

Κεφ. ιθ'. Ταῦτ' οὖν, ὅσα καθ' αὑτὰ δύναμιν ἔχει βλάβης τινὸς ἢ τῆς ὠφελείας, ὁ τῆς ὑγείας προνοούμενος ἐπισκοπεῖται. πῶς καὶ τίνα τρόπον; ἐπειδὰν μὲν ἱκανῶς ἤδη τὸ σῶμα κενώσεως ἔχῃ, καὶ κίνδυνος ἥκῃ βλάβης αἰσθητῆς, τρέφεσθαι κελεύων· ἐπειδὰν δὲ ξηραίνηται μᾶλλον

vilium aut sumptuosarum vestium usus: non vitrea vasa, aut aurea, aut argentea, aut lignea possidere: non liberos habere formosos, aut deformium servorum turbae dominari, aut servis plane carentem ipsum sibi ministrare. Ista mehercule prodesse nobis vel obesse ipsorum ratione atque primario, aut ex accidenti, neutiquam apta sunt. At calidus aër aut frigidus, esca et potus, requies et motio, vigiliae somnique suis ipsorum viribus necessario corporibus nostris utilitatem aut noxam afferunt. Vestimentum lacerum ac leve hyeme, grave autem aestuosumque aestate laedit quidem ex necessitate, ex accidenti vero frigore et calore divexat.

Cap. XIX. Haec itaque, quaecunque per se laedendi juvandique potestatem habent, sanitatis curam habens speculatur. At quomodo, quave ratione? Posteaquam satis abunde corpus inanitum est, sensilisque nocumenti discrimen impendet, alimentum sumere jubens; postquam

τοῦ μετρίου, καὶ κίνδυνος ἢ κἀντεῦθεν ἤδη βλαβῆναι, πίνειν ἀξιῶν· οὕτω δὲ καὶ γυμνάζων, ἐπειδὰν ῥῶσαι μὲν βούληται τὴν διοικοῦσαν ἡμᾶς δύναμιν, ἐκκαθᾶραί τε τὰ κατὰ λεπτοὺς πόρους, ἡσυχάζειν δὲ προστάττων, ἐπειδὰν ἤτοι κάμνειν πρὸς τῶν γυμνασίων αἴσθηται, ἢ διαφορεῖσθαι τὸ σῶμα πέρα τοῦ προσήκοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα λαπάττων μὲν, ἣν ἴσχηται, κατέχων δὲ, ἢν ἐκταράττηται, καὶ τὰ ἄλλα δὴ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἕκαστα πραγματευόμενος, ἑνὶ κεφαλαίῳ τῷδε προσέχων τὸν νοῦν, ἐπειδὰν μὲν ἀκριβῶς ἔχῃ καὶ ὑγιῶς τὸ σῶμα, μηδὲν νεωτερίζειν, ἐπειδὰν δὲ κατά τι τῆς ἀκριβοῦς ἐξιστῆται συμμετρίας, εὐθὺς ἀντεισάγειν τὸ λεῖπον, πρὶν μεγάλην γενέσθαι τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν, ὥσπερ ἂν εἰ τὰς κρόκας ἐκρεούσας ἱματίου τινὸς, οὐχ ἅμα πάσας οὐδ᾽ ἀθρόας, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν μίαν, ὁ τοῦτο ἔργον πεποιημένος ἴσωτο παρεδρεύων, ὡς λανθάνειν τοὺς πολλοὺς τὴν ἐπανόρ[20]θωσιν ὑπὸ σμικρότητος. τοιοῦτον γάρ τινα χρὴ καὶ τὸν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐφεστῶτα τεχνίτην εἶναι, σμι-

ultra modum exaruit, atque hinc jam noxae periculum inflat, potum accipere praecipiens; item et corpus exercens, quum nostri moderatricem facultatem robustam praestare, excrementaque angustis meatibus intrusa eruere voluerit, quietem vero imperans, quum exercitatione corpus lassari, aut ultra quam conveniat digeri senserit; alvum praeterea ducens, quum suppressa est, nimis autem citatam cohibens; aliaque in hunc modum omnia agens, et in summa id ante oculos habens, ut in corpore exacte sano ac valido nihil novare audeat, quum vero aliquantulum exquisitam moderationem transierit, continuo, quod deficit, priusquam latius malum serpat, resarciat, perinde ac si subteminis fila ex aliqua veste non simul omnia, sed singulis diebus singula excidentia, qui huic rei praeest, assidens illico reponat, adeo ut hujusmodi correctio atque emendatio multorum notitiam prae exiguitate subterfugiat. Talem medius fidius et bene valentibus praefectum artificem esse opus est, minimae cujus-

κρᾶς διαφθορᾶς καὶ βλάβης αἰσθητικόν τε ἅμα καὶ ἐπανορθωτικόν. εἰ δέ γ' ἀπαθὲς ἔμενε πάντῃ τὸ σῶμα καὶ τοιοῦτον, οἷόν περ ὁ ποιήσας αὐτὸ τεχνίτης ἀπέλιπεν, οὐκ ἂν ἐδεῖτο τοῦ διαπαντὸς ἐπανορθουμένου. νυνὶ δ' ἐπειδὴ διαῤῥεῖ τε καὶ φθείρεται, δεῖταί τινος ἐπιστάτου παρεδρεύοντος, ὃς καὶ γνωριεῖ τὸ κενούμενον, ὁποῖόν τ' ἐστὶν καὶ ὁπόσον, ἰάσεταί τε παραχρῆμα, τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον ἕτερον ἀντεισάγων. ἀποῤῥεῖ τὸ κατὰ φύσιν ὑγρόν; ἐπάρδειν χρὴ τὴν ἴσην ὑγρότητα, πόμα παρέχοντα. διαφορεῖται τὸ θερμόν; ἀντεισάγειν χρὴ τοσοῦτον ἕτερον. ἐκκενοῦται τὸ στερεόν; ἤδη καιρὸς τρέφειν. ἑνὶ λόγῳ τὸ διαφορούμενον καὶ ἀπολλύμενον ἐπανορθοῦσθαι κατὰ βραχὺ πρὸ τοῦ τοῖς πολλοῖς γενέσθαι κατάφωρον.

Κεφ. κ'. Ὥσπερ οὖν εἰ δύο τινὲς πίθω ὄντε τετρημένω πολλαχόθι, μεστὼ μὲν ἄμφω τὰ πρῶτα, κενουμένω δ' ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἐκροῶν, εἴη δὲ τῷ μὲν ἐπιστατῶν τις ἀεὶ προσεδρεύων, ἐπαντλῶν ἴσον ἑκάστοτε τῷ κενουμένῳ,

que differentiae ac noxae obfervatorem juxta atque emendatorem. Verum fi ex toto integrum illaefumque corpus duraret taleque, quale ipfum ab initio creator fabricatus reliquit, nequaquam correctore femper eguiffet. At nunc, quum diffluat femper atque difpereat, aliquo praefente obfervatore indiget, qui et quod diffipatur, quantum qualeque fit, cogniturus eft, illicoque tale ac tantum viciffim reponens inftaurabit. Infitum humidum dilabitur; tantumdem humoris, potum exhibens, irrigato. Calidum digeritur; tantumdem caloris addito. Solidum confumitur; jam alendi inftat occafio. Ut femel dicam, quod difcutitur atque evanefcit, ingeri paulatim atque reponi, antequam in multorum notitiam veniat, opus eft.

Cap. XX. Igitur quemadmodum, fi duo cogites dolia multis in locis foraminibus terebrata, ambo aeque ab initio plena, pariterque per illa fpiramina hac atque illac perfluentia, horumque alterius quidam curam gerens femperque affidens tantum viciffim ingerat, quantum ela-

θατέρῳ δὲ, πρὶν ἱκανῶς ἐκκενωθῇ, μηδεὶς παρείη, τηνικαῦτα δ᾽ ἐξαίφνης ἐπιστάς τις ἀθρόως πληρώσειεν, εὔδηλον ὡς τὸν μὲν ἕτερον τῶν πίθων οὐδέποτε ἐκκενοῦσθαί τε καὶ πληροῦσθαι, τὸν δ᾽ ἕτερον ἄμφω ταῦτα πάσχειν οἱ πολλοὶ τῶν θεωμένων ἐροῦσιν, οὕτως ἔχει κἀπὶ τῶν ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων σωμάτων. ἐπανορθοῦται μὲν ἄμφω ταῦτα μία τέχνη καὶ καθ᾽ ἕνα τρόπον, ἀντεισάγουσα τὸ λεῖπον; ἡ διαφορὰ δὲ ἐν τῷ ποσῷ τῆς ἐπανορθώσεως, οὐκ ἐν τῷ ποιῷ.

Κεφ. κα΄. Καὶ μὴν ἡ κατὰ τὸ ποσὸν ἐν τοῖς γιγνομένοις διαφορὰ μιᾶς ἐστι τέχνης· εἰ δέ γ᾽ ἄλλης ἔσεσθαι μέλλοι, πάντως χρὴ παραλλάξαι τῷ ποιῷ. εἰ δ᾽, ὅτι τοῦ μὲν ἔφθασεν ἐκρυῆναι πολλὰ, πρὶν ἀφικέσθαι τὸν τεχνίτην, ὁ δ᾽ ἕτερος, ἀεὶ παρεδρεύοντος εὐτυχήσας αὐτῷ, μεστὸς διαφυλάττεται, τούτου χάριν ἡγῇ διττὸν εἶναι τὸν τρόπον τῆς ἐπανορθώσεως, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκας. οὐ γὰρ ἄλλη μὲν τέχνη μίαν ἀντεισάγει κρόκην ἐκρυεῖσαν, ἄλλη

bitur, alterum vero, antequam valde inanitum eft, nemo cuftodiat, poftea quifpiam repente fuperveniens femel totum impleat, clariffime conftat, doliorum iftorum primum neque inaniri neque repleri unquam, alterum vero ambo haec pati a multis infpectantibus teftatum iri: ita quoque in fanis aegrotisque corporibus res habet. Utrumque enim vitium ars una modo uno emendat, quod deficit fcilicet inftaurans: in quanto vero, non in quali, emendationis differentia verfatur.

Cap. XXI. Atqui fecundum quantum in his quae fiunt, differentia ad unam artem pertinet; quod fi alterius artis effe debeat, prorfus qualitate differat oportet. Quod fi propterea geminum effe emendationis modum arbitraris, quod ab uno dolio multum prius effluxerit, quam artifex cuftos accefferit, alterum cuftodem femper aftantem, quae fua bona fortuna fuit, nactum plenum confervatur, haud recte fentis. Neque enim alia ars unum fubteminis filum, quod exciderit, reponit,

δὲ τρεῖς, ἢ τέτταρας, ἢ πεντακοσίας, οὐδ᾽ ἄλλη μὲν τέχνη σμικρόν τι τοῦ τοίχου πονῆσαν ἐπανορθοῦται, μεῖζον δ᾽ αὐτοῦ πάθος ἑτέραν ἐπιζητεῖ τέχνην· ἐπὶ γὰρ τῷ τρόπῳ ᾧ γέγονεν ἕκαστον τῶν ὄντων, τούτῳ καὶ φθειρόμενον ἐπανορθοῦται. κρόκαι στήμοσι διαπλακεῖσαι ποιοῦσιν ἱμάτιον. ἆρ᾽ οὖν ἢ παθεῖν ἔξω τούτων ἱμάτιον, ἢ ἰαθῆναι δυνατόν; δεῖ δὴ πάντως, εἴ γε πάσχει τι πάθος, ἤτοι στήμονα παθεῖν, ἢ κρόκην, ἢ συναμφότερα, ἴασίν τε μίαν εἶναι τὴν κρόκην ἀεὶ διαπλεκομένην τῷ στήμονι μιμήσει τῆς γενέσεως.

Κεφ. κβ΄. [21] Ἀλλ᾽ αἱ κατὰ μέρος ἐνέργειαι τοὺς πολλοὺς ἐξαπατῶσιν, οὐ δυναμένους θεάσασθαι τὸ καθόλου. μεθόδου γὰρ ἤδη λογικῆς τὸ τοιοῦτον, ἣν οὔτ᾽ ἔμαθον, οὔτ᾽ ἤσκησαν οἱ τολμῶντες ἑκάστης ἡμέρας εἰς τὰ προβλήματα λέγειν. ἄμεινον γὰρ ἦν, εἴπερ ᾔδεσαν ἐκείνην, διδάξαι τοὺς μαθητὰς ἅπαξ, οὐ μυρία προβλήματα διέρχεσθαι. ὁ μὲν γὰρ ἐκείνην μαθὼν οὐδὲν ἔτι δεῖται τῶν μυρίων, ἑαυτῷ γε πάντα καλῶς διαιρεῖσθαι δυνάμενος·

alia tria aut quatuor aut quingenta, neque alia ars parietis particulam ruentem fulcit communitque, alia magnam ejus partem collapsam restituit: quo enim modo res unaquaeque a principio constructa est, eodem etiam corrupta instauratur. Subtemen stamini intertextum vestem facit. Num igitur praeter haec vestis pati, aut praeter haec emendari potest? Opus plane est, si quid vestis damni faciat, aut stamen, aut subtemen, aut utrumque pati, unamque esse emendandi viam, quae subtemen semper stamini implicet, quo ejus ab initio compositionem imitetur.

Cap. XXII. Sed singulares actiones multis imponunt universale contemplari nequeuntibus. Id enim rationalis methodi munus est, quam neque didicerunt, neque pertractarunt isti, qui quotidie de propositis blaterantes disputare audent. Satius enim, siquidem eam novissent, ipsis foret eam semel discipulos docere, non infinita proposita discutere; nam qui eam rite percepit, non amplius infinitis eget, sibi ipsi omnia recte dividere

Ed. Chart. VI. [21.] Ed. Baf. IV. (292.)

camque dicito. Singula enim nomina ſi interpretabere, ita univerſum, quod quaerebas, adeptus fueris.

Cap. XXXII. At his auditis quidam, Heus vir bone, dicunt, non quemadmodum tu ſtatuere volueris, diſtinguenda ſunt nomina, ſed ut recte habet, partitio facienda eſt. Iterum igitur iſtis ita reſpondendum eſt: Heus tu, meminiſſe debes, noſtram non amplius de rebus eſſe contemplationem, ſed nominum explanationem nobis eſſe propoſitam, neque ad hoc etiam tergiverſamur, ac de nominibus non his ſolum, ſed et de aliis omnibus illud in universum pronuncio, nihil eruditum in medium adduci poſſe. Sed ſive Aſſyriorum linguae vocabulum ſit, ab ipſis Aſſyriis res diſcenda eſt, cui nomen illud indiderunt, ſive ſit Perſarum linguae, aut Indorum, aut Arabum, aut Aethiopum, aut omnino aliorum quorumcunque, illos percontari oportet; nomen enim ipſum per ſe ſolum prolatum nihil indicat. Meam igitur ſententiam accepiſti. Caeterum nonnulli aſſerunt, ipſis nomen aliquid ſignificare.

πάμπολλα συναθροίσας ὀνόματα Κελτῶν καὶ Θρᾳκῶν καὶ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ἐκέλευον ἐφ' ἑκάστου λέγειν τὸ δηλούμενον πρᾶγμα· τῶν δὲ ἐν τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ μόνῃ δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν εἰπόντων, ἑξῆς προὔτεινα λιμένα, τῶν δ' εἰπόντων, ἵνα περ αἱ νῆες ὁρμῶσιν, ἀλλὰ Θετταλούς γε ἔφην τὴν ὑφ' ἡμῶν προσαγορευομένην ἀγορὰν οὕτως ὀνομάζειν. οἱ δὲ ἠρνοῦντο τὴν τῶν Θετταλῶν ἐπίστασθαι διάλεκτον, ὥσπερ οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο ὁμολογοῦντες, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγετο, μηδὲν τῶν ὀνομάτων, ἐφ' οὗ κεῖται πράγματος, ἄλλως δύνασθαι μαθεῖν, ἢ παρ' αὐτῶν τῶν θεμένων διδαχθέντα. πρὸς μὲν δὴ τοὺς οὕτως ἐμπλήκτους ἕτερός μοι γέγραπται λόγος ἰδίᾳ, τῷ δὲ τὰ πράγματα αὐτὰ μαθεῖν θέλοντι μάλιστά τε καὶ πρῶτα, καὶ τοῦθ' ὡς ἔργον χρηστὸν σπουδάζοντι, τῷ τε τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματα τῆς πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα διαλέκτου μαθεῖν ἐπιποθοῦντι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐξηγήσομαι χρῆσιν, οὐδ' οὖν τούτων ἁπάντων ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν, (τουτὶ μὲν γὰρ ἑρμηνευτικῆς τινός ἐστιν

unde hujufce rei caufa ego permulta Celtarum, Thracum, Myforum Phrygumque nomina colligens juffi, ut a fingulis rem fignificatam manifeftarent: illis autem in fola Graecorum lingua id fe poffe facere dicentibus, hoc vocabulum λιμένα (latine portum dicas) propofui; illis vero locum, ubi naves in ftatione quiefcunt, fignificare affirmantibus, At Theffali, refpondi, quod a nobis forum rerum venalium dicitur, ita nominant. Sed ifti Theffalicam linguam fcire fe negabant, tanquam fane illud ipfum non confitentes, quod ab initio dicebatur, nullum nomen cui rei inditum fit, aliter poffe cognofci, nifi ab ipfis impofitoribus edoctus fueris. Caeterum adverfus ita dementes alia mihi oratio feparatim fcripta eft; res ipfas vero difcere volenti, et praecipue ac maxime huic veluti optimo operi ftudenti, rerum praeterea nomina mutuae locutionis caufa percipere cupienti ufum Graecorum interpretabor. Neque id horum nominibus omnibus faciam: id namque enarratoriae cujufdam aut grammaticae peritiae

ἢ γραμματικῆς ἐμπειρίας,) ἀλλὰ τῶν Ἀττικῶν μὲν μάλιστα, δεύτερον δ᾽ ἤδη καὶ τῶν Ἰωνικῶν ἔχειν ἐμπειρίαν ὁμολογήσω τινὰ καὶ τῶν Δωρικῶν ὀνομάτων, ὥσπερ γε καὶ τῶν Αἰολικῶν. ἀλλ᾽ ἐν ταύταις μὲν ταῖς διαλέκτοις ἀγνοεῖν μᾶλλον ἢ γιγνώσκειν τὰ πλεῖστα, τῆς Ἀτθίδος δ᾽ αὖ γινώσκειν τὰ πλείω ἢ ἀγνοεῖν ὁμολογήσαιμ᾽ ἄν. εἰ δὲ βούλει σὺ καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων εἰπεῖν, Ὅμηρος μέν φησιν·

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
Ἰούς τ᾽ ἐκτάμνειν, ἐπί δ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν,
Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά,
Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων.

ὡς τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἰωμένης τὰ κάμνοντα σώματα διά τε φαρμάκων καὶ χειρουργίας.

Κεφ. λγ'. [30] Εἰ δ᾽ ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο μόριον ἰάσεως ὑπῆρχεν τὸ διαιτητικὸν ἐν τοῖς καθ᾽ Ὅμηρον χρόνοις, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω συμβαλεῖν, ὁ δ᾽ ἐμοῦ πρεσβύτερός τε ἅμα καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα πιθανώτερος ἐπίστασθαι, Πλάτων ὁ φιλόσοφος, οὐ πάνυ τι χρῆσθαί φησι τοὺς πα-

munus eft: fed Attica potiffimum nomina, fecundo et Ionica me cognofcere fatebor, nonnulla etiam Dorica atque Aeolica; fed in hifce linguis plura me ignorare quam fcire, in Attica vero plura me fcire quam ignorare concedam. Quod fi tu et de nominibus loqui velis, Homerus utique canit:

Vir medicus multis aliis tibi dignior efto,
Dira venena trahens, et pharmaca mitia fundens,
Multa falubria mifcens, et letalia multa,
Doctior eft cunctis medicus mortalibus unus.

utpote arte medica languida corpora medicamentis chirurgicaque opera curante.

Cap. XXXIII. An vero et alia tertia medicationis pars diaetetica appellata Homeri temporibus extaret, ego nulla id conjectura affequi poffum. Sed me antiquior, et quem magis Graecorum res noffe verifimile eft, Plato philofophus, antiquos Asclepiadas hac medicinae parte non

λαιοὺς Ἀσκληπιάδας τούτῳ τῷ μέρει τῆς τέχνης. ἀλλ' ὅτι γε τῆς ἰατρικῆς ἐστιν μέρη ταῦτα τὰ τρία, καὶ ὡς ἡ τὰ παρὰ φύσιν ἔχοντα σώματα θεραπεύουσα τέχνη πρὸς ἁπάντων Ἑλλήνων ἰατρικὴ καλεῖται, σχεδὸν οὐδεὶς ἀντιλέγει. γυμναστικῆς δὲ τέχνης οὔπω μὲν ἦν τοὔνομα καθ' Ὅμηρον, οὐδὲ καλεῖταί τις ὅλως γυμναστὴς, ὥσπερ ἰατρὸς, ὅπου γε καὶ παρὰ Πλάτωνι τὸ μὲν τῆς γυμναστικῆς ὄνομα οὐ πολλάκις εὑρεῖν ἔστιν, παιδοτρίβην μέντοι καλεῖ μᾶλλον, ἢ γυμναστὴν τὸν τεχνίτην αὐτῆς. ἤρξατο γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν τῶν Πλάτωνος χρόνων ἡ τέχνη τῶν γυμναστῶν, ὅτε περ καὶ τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα συνέστη. πάλαι μὲν γὰρ εἷς ἀνὴρ ἐργαστὴς τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἀληθῶς εὐεκτικὸς, εἰς ἀγῶνα καταβαίνων, οὐ πάλην μόνον, ἀλλὰ καὶ δρόμον ἠγωνίζετο, καί τις ἐνίκα πολλάκις εἷς ἄμφω τε ταῦτα καὶ ἀκοντίζων, καὶ τοξεύων, καὶ δισκοβολῶν, καὶ ἅρματος ἐπιστατῶν, ὕστερον δὲ διεκρίθη, καὶ οἷόν περ ἔτι πεποίηκεν Ὅμηρος Ἐπειὸν, εἰς μὲν πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἔργα πάντων ὕστατον, πρῶτον δ' εἰς πυγμὴν, ἧς ἐν

admodum usos esse asseverat. Verum medicinae tres has esse partes, artemque male habentia corpora curantem ab universa Graecia medicinam appellari, nemo fere est qui eat insitias. Gymnasticae autem artis nomen Homeri seculo nondum repertum erat, neque quisquam omnino gymnasta, ut medicus, vocabatur. Quemadmodum neque etiam apud Platonem gymnasticae nomen frequenter reperire licet, sed paedotribam magis quam gymnastam hujusce artis professorem appellat: nam paulo ante Platonis tempora gymnastarum ars exorta est, quo etiam tempore et athletarum exercitatio emersit. Priscorum enim seculis vir unus operarius naturalia munia exequens vere bono habitu robustus, in certamen descendens, non lucta modo, sed etiam cursu certavit, atque etiam duobus his et jaculo praeterea et arcu et disco et cursu alios unus superavit; postea vero haec disjuncta sunt, qualemque Homerus unum Epeum fecit ad cuncta quidem secundum naturam munia obeunda omnium ignavissimum, sed

ἄθλοις μόνοις ἡ χρεία, τοιοῦτοι πάντες ἐγένοντο, μήτ᾽ ἀρῶσαι, μήτε σκάψαι, μήθ᾽ ὁδὸν ἀνύσαι, μηδ᾽ ἄλλο μηδὲν εἰρηναῖον ἔργον, ἔτι δὲ μᾶλλον πολέμιον ἐργάσασθαι καλῶς δυνάμενοι.

Κεφ. λδ΄. Τὴν τούτων τῶν ἀνθρώπων εὐεξίαν ἔμπροσθεν ἐμεμψάμεθα, καὶ τὴν ἐπιστατοῦσαν αὐτοῖς ὁμοίως γυμναστικὴν, ἄλλην δ᾽ εὐεξίαν ἐπῃνέσαμεν, ἀσφαλῆ τε ἅμα καὶ πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἁπά(297)σας ἐνεργείας χρηστὴν, ἧς ὗλαι ποιητικαί τε ἅμα καὶ φυλακτικαὶ δύο ἐστὸν, ἥ θ᾽ ὑγιεινὴ προσαγορευομένη δίαιτα καὶ γυμνάσια. τεττάρων γὰρ οὐσῶν τῶν πασῶν ὑλῶν κατὰ γένος, ὑφ᾽ ὧν ἀλλοιοῦται τὸ σῶμα, χειρουργίας, καὶ φαρμακείας, καὶ διαίτης, καὶ γυμνασίων, ἡ μία μὲν ἄχρηστος τοῖς νοσοῦσιν, αἱ δύο δὲ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν. ὁ μὲν γὰρ νοσῶν, εἰς πολλὰ καὶ φαρμάκων, καὶ χειρουργίας, καὶ διαίτης δεόμενος, εἰς οὐδὲν δεῖται γυμνασίων· ὁ δ᾽ ὑγιαίνων ἀκριβῶς γυμνασίων μὲν χρήζει καὶ διαίτης τινὸς, οὔτε δὲ φαρμάκων οὔτε χειρουργίας προσδεῖται.

ſtrenuum pugilem, qua arte in ſolis certaminibus uſus eſt, tales omnes evaſerunt, neque arare, neque fodere, neque iter facere, neque aliud quicquam pacis, ac multo minus belli opus egregie praeſtare valentes.

Cap. XXXIV. Horum hominum bonum habitum in ſuperioribus vituperavimus, artemque pariter gymnaſticam ipſos inſtruentem, aliumque bonum habitum laudavimus tutiſſimum juxta et ad omnes naturales actiones maxime idoneum; cujus materiae effectivae ſimul et conſervativae duae ſunt, et ſalubris vocata victus ratio, et exercitatio. Quatuor namque genere quum ſint omnes materiae, a quibus corpus noſtrum alteratur, chirurgia, pharmacia, exercitationes ac victus ratio, una eſt aegrotis inutilis, duae vero ſecundum naturam ſeſe habentibus. Aegrotans namque, in multis medicamina, manuum operam victusque rationem poſtulans, nulla ex parte exercitatione eget: exquiſite vero ſanus corpus exerceat, et certa quadam victus ratione utatur neceſſe eſt, ſed medicamenta aut chirurgiam non requirit.

Ed. Chart. VI. [511.] Ed. Bas. IV. (297.)

Κεφ. λε΄. [31] Τῆς οὖν ὑγιεινῆς τέχνης μέρος ἐστὶν ἡ γυμναστική. καὶ αὐτάρκως ὑπὲρ ἀμφοῖν ἡμᾶς ἐδίδαξεν Ἱπποκράτης, ὅσα τε χρὴ γινώσκειν ἀέρων τε πέρι, καὶ χωρίων, καὶ ὑδάτων, καὶ ἀνέμων, καὶ ὡρῶν, ὡσαύτως ἐδεσμάτων τε πέρι, καὶ πομάτων, καὶ ἐπιτηδευμάτων, ἀκριβέστατα γράψας ἅπαντα· συμπληροῦται γὰρ ἐκ τούτων ἡ δίαιτα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπέρ τε καιροῦ, καὶ ποσότητος, καὶ ποιότητος, οὐ γυμνασίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τρίψεως αὐτάρκως διεξῆλθεν. ἔοικε δὲ Πλάτων ἀπὸ μέρους ὀνομάζειν τὸ σύμπαν μόριον, οὐχ ὑγιεινὴν τέχνην, ἀλλὰ γυμναστικὴν προσαγορεύων, ὅτι τε ἐξαίρετον ἴδιον ὑπάρχει τοῖς ὑγιαίνουσιν, ὡς ἂν μηδ᾽ ὅλως αὐτῷ χρωμένων τῶν νοσούντων, ὅτι τε τοῦτο μόνον ἐνόμιζεν ἐπιστάτου δεῖσθαι. τὸ μὲν γὰρ ὑγιαῖνον ἀκριβῶς σῶμα, ταῖς κατὰ φύσιν ὀρέξεσιν χρώμενον, οὔτ᾽ ἐν ταῖς ποιότησιν, οὔτ᾽ ἐν τῷ καιρῷ τῆς χρήσεως ἐξαμάρτοι ἄν τι περὶ τὰ σιτία. περὶ μὲν δὴ τούτου λόγος ἕτερος. ἀλλ᾽ ὅτι γε καὶ Πλάτων ἑτέραν μὲν οἶδε τὴν ὡς μέρος τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης γυμναστικήν, ἑτέραν δὲ τὴν νῦν εὐδο-

Cap. XXXV. Salubris igitur artis pars gymnaftica, abundeque de utroque praecepit Hippocrates, quaecunque de aëris natura, locorum, aquarum, ventorum annique temporum nofcenda funt, item de cibis, potibus atque vitae inftitutis accuratiffime omnia perfcribens: ex iftis enim diaeta completur: haud fecus et de idoneo tempore, magnitudine ac qualitate non exercitationis tantum, fed etiam frictionis fatis differuit. Plato a parte totum cognominare vifus eft, non falubrem artem, fed exercitatoriam appellans, tum quia exercitatio benevalentium praecipua ac propria eft, tanquam nullo pacto ipfa aegrotis utentibus, tum quod eam folam moderatore egere judicavit: quandoquidem exquifita fanitate fruens corpus, naturalibus appetitionibus utens, neque in quali, neque ufus tempore quicquam in fumendis cibis erroris committet. Sed de hoc alibi fermo habendus eft. Quod autem et Plato aliam gymnafticam ut artis corpus regentis partem noverit, aliam vero, quam nunc homines celebrant, ex

κιμοῦσαν, ἐκ τῶνδ᾽ ἂν μάλιστα μάθοις. ὑπογράψω γάρ σοι τὰς ῥήσεις αὐτοῦ· πρώτην μὲν τὴν ἐκ Γοργίου, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν. δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, δύο λέγω τέχνας. τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν καλῶ, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι, μιᾶς δ᾽ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικὴν, τὴν δὲ ἰατρικήν. ἐνταῦθα μὲν οὖν, ὅτι τε μία τοῦ σώματός ἐστιν ἡ θεραπευτικὴ τέχνη, δύο ἔχουσα τὰ πρῶτα μόρια, σαφῶς ἐδήλωσεν ὁ Πλάτων· ὅτι δὲ τῶν μὲν μορίων αὐτῆς ἐστιν ὀνόματα, τῆς δ᾽ ὅλης οὐκ ἔστιν, ὅτι τε καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ἀποβλέπει, καὶ ὡς ἡ εὐεξία τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐκ τῶν τοιῶνδε φανερὸν, ὧν ἕκαστα ἐν ταὐτῷ διῆλθεν. σῶμά που καλεῖς τι καὶ ψυχήν. πῶς γὰρ οὔ; οὐκοῦν καὶ τούτοιν οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ἔγωγε. τί δέ; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ᾽ οὔ; οἷον δὲ τοῖον λέγω. πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις, ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ

his quifpiam comprehendere poterit; tibi enim eius verba fubjiciam, primaque ea, quae in Gorgia ad hunc modum fe habent. *Duae res quum fint, duas effe artes dico, unam animae, quam civilem appello, alteram corporis, quam et ipfam unam quo nomine appellem, non habeo; fed una quum fit corporis curatio, duas partes nomino, gymnafticam unam, medicatricem alteram.* Hoc loco unam effe artem corpus curantem, quae duas principes partes habeat, dilucide Plato monftravit, partesque ipfius effe nominatas, totam vero nomine carere, in optimumque refpicere, qui et bonus habitus dicitur, ex hifce declaratur; quorum fingula in eodem libro explicavit. *Corpus fane vocas aliquid et animam. Quidni? Igitur et iftorum amborum quendam effe bonum habitum non putas? Ego quidem. Quid vero? apparentem bonum habitum, fed non vere bonum? Quod autem dico, tale eft. Plerique corpore bene habere videntur, quos haud facile quispiam non bene habere fentiat, nifi medi-*

τῶν γυμναστικῶν τις. ἔν τε τοῖς ἑξῆς, ὅτι τε πρὸς τὸ βέλτιστον μὲν ἀποβλέπουσιν οἶδε, πρὸς δ᾽ αὖ τὸ ἥδιστον ὅ ὀψοποιός τε καὶ ὁ κομμωτὴς, αὐτός γε διεξέρχεται.

Κεφ. λς΄. Τὴν μὲν γὰρ τῶν τοὺς ἀθλητὰς γυμναζόντων γυμναστικὴν, ὑποδυομένην μὲν ὀνόματι σεμνῷ, κακοτεχνίαν δὲ οὖσαν, οὔπω μὲν εἰς τοσοῦτον ἀποκεχωρηκυῖαν τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς ὅσον αὐτὴν νῦν προαγηόχασιν, ἤδη δ᾽ ἀρχομένην οὐ πρὸς τὸ βέλτιον ἀποβλέπειν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὡς ἰσχὺν τῶν ἀντιπάλων καταβλητικὴν, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας ἐμέμψατο λέγων ὡδί. καὶ μὰ τὸν Δία, ἦ δ᾽ ὅς, σχεδόν τί γε πάντων μάλιστα, εἴ γε περαιτέρω γυμναστικῆς ἡ περιττὴ αὕτη ἐπιμέλεια τοῦ σώματος· καὶ γὰρ καὶ πρὸς οἰκονομίας, καὶ πρὸς στρατείας, καὶ πρὸς ἑδραίους ἀρχὰς ἐν πόλει δύσκολος. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἀστινασοῦν καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέτας πρὸς ἑαυτὸν χαλεπὴ, κεφαλῆς τινας ἀεὶ διατάσεις καὶ [32] ἰλίγγους

cus aut gymnasticorum aliquis fuerit. Et in sequentibus, optimum istos intueri, quod vero sit jucundissimum, ab obsoniorum conditore, qui comptor dicitur, spectari, ipse late declarat.

Cap. XXXVI. Sed gymnasticam illam, qua instituuntur athletae, gravi quidem nomine decoratam, sed flagitiosam artem, nondum eousque extra naturae limites progressam, quousque eam nunc protulerunt, jam vero non optimum finem, sed absolute virium, quibus adversarii prosternantur, incrementum sibi proponere incipientem, in tertio de Republica libro vituperavit in hunc modum differens. *Profecto per Jovem,* inquit ille, *omnium fere potissimum, siquidem ultra gymnasticam supervacua ista corporis diligentia producatur: nam et domui gubernandae, et militiae, et sedentariis magistratibus in civitate gerendis incommoda est; praecipuum vero ac maximum, quod ad omnes disciplinas, cogitationes ac meditationes capessendas per se ipsam difficilis est, capitis semper aliquas distentiones atque ver-*

ὑποπτεύουσα καὶ αἰτιωμένη ἐκ φιλοσοφίας ἐγγίνεσθαι. ὥστε, ὅπη αὐτη, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντη ἐμπόδιος. κάμνειν γὰρ οἴεσθαι ποιεῖ ἀεὶ, καὶ ὠδίνοντα μήποτε λέγειν περὶ τοῦ σώματος. ἔτι δὲ σαφέστερον ἐν τοῖς ἑξῆς, ὡς οὐκ ἰσχὺν καταβλητικὴν οἴεται τέλος εἶναι τῆς γυμναστικῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας χρείαν, ἐνεδείξατο λέγων ὡδί. αὐτά γε μὴν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς πόνους πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως βλέπων, κἀκεῖν᾽ ἐπεγείρων πονήσει μᾶλλον, ἢ πρὸς ἰσχὺν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πότους μεταχειρίζονται. δῆλος οὖν ἐξ ἁπάντων ὁ Πλάτων ἐστὶν τὴν Ἱπποκράτους ἀκριβῶς φυλάττων γνώμην ὑπὲρ τῆς γυμναστικῆς τέχνης ταύτης, ἧς τὸ τέλος ἐστὶν ἡ τῶν ἀθλητῶν εὐεξία. μέμφεται γὰρ αὐτὴν ὡς ἄχρηστον εἰς τὰς πολιτικὰς πράξεις ἁπάσας, ὅπερ ἑνὶ λόγῳ περιλαβὼν ἐκεῖνος ὡδί πως ἀπεφήνατο· διαθέσιος ἀθλητικῆς οὐ φύσει ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. ὅτι δὲ καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν ἡ μά-

tigines reformidans, fapientiaeque ftudium eorum ortus caufam afferens. Quare, ubi ipfa adeft, in virtute exerceri atque probari undique impedimentum objicit: efficit enim, ut homo femper fe aegrotum opinetur, neque de corporis habitu queri unquam definat. Adhuc inferius evidentius gymnafticae finem non vires adverfarios profternentes, fed ufum ad naturales actiones effe confirmavit ita dicens: *Ipfas quidem exercitationes ac labores ad irafcibilem naturae partem refpiciens illamque excitans fubibit potius quam virium rationem habens, nec quemadmodum alii athletae roboris caufa cibos potufque adhibebit.* Undique igitur Platonis fententia perfpicua eft, Hippocratis mentem de huiufmodi arte gymnaftica exquifite obfervantis, cuius finis eft athletarum bonus habitus; ipfam enim tanquam ad omnia civilia negotia inutilem vituperat: quod brevi oratione ille complexus ita pronunciavit. *Affectione athletica non naturali falubris habitus melior eft.* Quod ipforum vero maxime ex-

λιστα κατωρθωμένη διάθεσις αὐτῶν ἐστιν, ἐφ᾽ ἣν σπεύδουσι, καὶ ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἐγίνωσκον Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων, εἴρηται μὲν καὶ δι᾽ ἄλλων.

Κεφ. λζ. Οὐ μὴν ἀλλ᾽, ἐπειδή περ ἅπαξ κατέστην εἰπεῖν τι περὶ τῆς μοχθηρᾶς εὐεξίας τε καὶ γυμναστικῆς, ὑπομνησθήσομαι καὶ τούτων ὡς ἔνι μάλιστα διὰ βραχυτάτων. τῆς ὑγιείας ἐν συμμετρίᾳ τινὶ τεταγμένης, ἀμετρίας ἐστὶ δημιουργὸς ἡ τοιαύτη γυμναστικὴ, πολλὴν καὶ πυκνὴν αὔξουσα σάρκα καὶ πλῆθος αἵματος ὡς ἔνι μάλιστα γλισχροτάτου παρασκευάζουσα. βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τε καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος, ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀνταγωνιστήν. οὔκουν ἔτι χαλεπὸν οὐδὲν ἐξευρεῖν, ὡς διὰ τοῦτο ἄχρηστός τε πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἐστὶν καὶ ἄλλως σφαλερά. ὅπερ γὰρ ἐν ἁπάσαις ταῖς ὄντως τέχναις ἀγώνισμά ἐστι μέγιστον εἰς ἄκρον ἀφικέσθαι τοῦ σκοποῦ, τοῦτ᾽ ἐν ταύτῃ μοχθηρότατόν ἐστιν, ὡς φυσικήν τινα διάθεσιν, ἀλλ᾽,

eellens affectio, ad quam potiffimum properant, ad fanitatem periculofa eft, quodque id Hippocrati Platonique ignotum non fuit, et alibi a nobis dictum eft.

Cap. XXXVII. Caeterum, quoniam femel de hoc non vere bono habitu, deque vitiofa gymnaftica fermonem inftitui, et haec de his, quam pauciffimis potero, perftringam. Quum in quadam moderatione fanitas fita fit, hujufmodi gymnaftica intemperiem exceffumque molitur, multam et folidam carnem procreans, fanguinisque copiam quam tenaciffimi adaugens. Neque enim vires tantum, fed etiam molem pondusque corpori adjicere conatur, ut hac etiam ratione adverfarius opprimi valeat. Neque igitur amplius reperire difficile eft, artem hanc omnibus naturalibus actionibus ideo effe inutilem, et alioqui periculis obnoxiam. Quod enim in omnibus veris artibus maximum ftudium eft ad fummum ejus, quod appetitur, pervenire, id in ifta peffimum eft, quum eum affectum, qui ex fententia Hippocratis praeter naturam

ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγεν, οὐ φύσει κατασκευαζούσῃ. τὰ μὲν γὰρ τῆς φύσεως ἀγαθὰ προϊόντα τε καὶ ἐπιδιδόντα καὶ αὐξανόμενα γίνεται βελτίω, τὰ δ᾽ οὐ φύσει πάντα τοσούτῳ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ μείζω. ὅθεν ἄφωνοί τινες αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δ᾽ ἀναίσθητοι, καὶ ἀκίνητοι, καὶ τελέως ἀπόπληκτοι γίνονται, τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τοῦδε καὶ τοῦ πλήθους ἀποσβέσαντός τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφράξαντός τε τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος· ὅσοι δ᾽ ἂν αὐτῶν τὰ πρᾳότατα πάθωσιν, ἀγγεῖον ῥήξαντες ἐμοῦσιν ἢ πτύουσιν αἷμα. τοὺς μὲν δὴ τῆς τοιαύτης εὐεξίας δημιουργοὺς, ὧν ἐστι τὰ θαυμαστὰ ταυτὶ συγγράμματα, νῦν ὑπὸ τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων περιφερόμενα, τελέως ἤδη τοῦδε τοῦ γράμματος ἀποδιαπομπησόμεθα. γινώσκεις γὰρ δή που καὶ σὺ, Θρασύβουλε φίλτατε, μηδ᾽ ἀποκρίσεως αὐτοὺς ἀξιουμένους ὑπ᾽ ἐμοῦ. τί γὰρ ἂν καὶ πλέον εἴη τοῖς χθὲς μὲν καὶ πρώην πεπαυμένοις τοῦ παρὰ φύσιν ἐμπίπλασθαί τε καὶ κοιμᾶσθαι, τόλμης δ᾽ εἰς τοσοῦτον ἥκουσιν, ὥσθ᾽, ὑπὲρ ὧν οὐδὲ τοὺς ἱκανῶς ἠσκηκότας ἀκολου-

eft, tanquam naturalem adipifci contendat. Siquidem naturae bona, quo procedunt magis, crefcunt atque augentur, eo meliora evadunt; non naturalia vero omnia tanto deteriora funt, quanto majora. Unde iftorum nonnulli repente obmutescunt; alii fenfum motumque amittunt ac penitus attoniti fiunt, mole ifta praeter naturam ac multitudine infitum calorem extinguente, liberumque fpiritui tranfitum intercludente; quicunque autem ex ipfis mitiora patiuntur, effracto vafe fanguinem vomunt aut expuunt. Hujufce igitur boni habitus opifices, quorum haec mirabilia funt volumina, quae a corruptas aures habentibus in praefentia circumferuntur, jam prorfus ab hoc noftro libro ablegemus, fiquidem tu quoque, cariffime Thrafybule, cognofcis, iftos neque dignos effe putari, ut a me refponfionem accipiant. Quid enim iftis plus erit, qui heri aut nudiustertius praeter naturam crapulari atque dormire defierunt, ad tantumque audaciae pervenerunt, ut de rebus illis temere impudenterque contendant, de quibus neque illi facile pronun-

θίας τε καὶ μαχομένων διάγνωσιν ἔχει εὐπετῶς ἀποφήνασθαι, περὶ τούτων ἀναισχύντως διατείνεσθαι; τί μάθοιεν ἂν οὗτοι βα(298)θὺ καὶ σοφὸν καὶ ἀκριβὲς ἀκούσαντες θεώρημα; θαυμαστὸν μὲν τἂν ἦν, εἰ τοῖς μὲν [33] ἐκ παίδων ἀσκουμένοις ἐν τοῖς ἀρίστοις μαθήμασιν οὐχ ἅπασιν ὑπάρχει κριταῖς ἀγαθοῖς εἶναι τῆς τοιαύτης θεωρίας, ὅσοι δ᾽ ἀσκοῦνται μὲν, ὥστ᾽ ἐν ἄθλοις νικᾷν, ἀφυεῖς δὲ ὄντες κἀκεῖ στεφάνων μὲν ἠτύχησαν, ἐξαίφνης δ᾽ ἀνεφάνησαν γυμνασταὶ, τούτοις ἄρα μόνοις ὑπάρξει νοῦς περιττός. καὶ μὴν ἐγρήγορσις μᾶλλον καὶ φροντὶς οὐκ ἀμαθῆ ἢ ὕπνος ὀξὺν τὸν νοῦν ἀπεργάζονται, καὶ τοῦτο πρὸς ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ᾄδεται, διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

ἴσως οὖν ἡ κόνις ἔτι μόνη σοφίαν αὐτοῖς ἐδωρήσατο. τὸν μὲν γὰρ πηλὸν, ἐν ᾧ πολλάκις ἐκυλινδοῦντο, τίς ὑπολαμβάνει σοφίας εἶναι δημιουργὸν, ὁρῶν γε καὶ τοὺς σῦς ἐν αὐτῷ διατρίβοντας; ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τοῖς ἀποπάτοις εἰκὸς, ἐν

ciare audent, qui jamdiu earum cohaerentiam pugnantemque naturam assequi studuerunt? Quodnam isti profundum, eruditum graveque praeceptum audientes condiscere potuerunt? Mirandum esset medius fidius, si, quum neque illi omnes, qui a primis pueritiae temporibus in optimis disciplinis versati sunt, boni contemplationis hujusce judices esse valeant, illi, qui sese in certaminibus ad vincendum exercuerunt, degeneres autem et ibi victoria caruerunt, ac repente gymnastae effecti sunt, soli mentis acumine praecellent. Atqui vigilia cogitatioque non rudis magis quam somnus perspicax ingenium reddunt, idque ab omnibus fere hominibus, quoniam omnium verissimum est, adagium decantatur:

Crassus venter subtilem mentem non parit.

Forsan igitur pulvis adhuc solus sapientiam ipsis comparavit; nam lutum, in quo crebrius volutati sunt, quis sapientiae conditorem esse arbitretur, et sues cernens in ipso convolvi? At non in latrinis, inter quas quotidie

οἷς διημέρευον, ἀγχίνοιαν φύεσθαι. καὶ μὴν παρὰ ταῦτ᾽ οὐδὲν ἄλλο πρότερον ἔπραττον· ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συστρεφόμενον, ἢ ἐσθιόντων, ἢ πινόντων, ἢ κοιμωμένων, ἢ ἀποπατούντων, ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ.

Κεφ. λη΄. Τούτους οὖν ἀποπέμψαντες, (οὐ γὰρ κακοτεχνίας, ἀλλὰ τέχνας ἥκομεν ἐπισκεψόμενοι,) τοὺς τῆς ὄντως γυμναστικῆς ἐπιστήμονας ἤδη καλῶμεν, Ἱπποκράτην τε καὶ Διοκλέα, καὶ Πραξαγόραν, καὶ Φιλότιμον, Ἐρασίστρατόν τε καὶ Ἡρόφιλον, ὅσοι τ᾽ ἄλλοι τὴν ὅλην περὶ τὸ σῶμα τέχνην ἐξέμαθον. ἤκουσας δή που ἀρτίως Πλάτωνος λέγοντος, ὡς οὐδέν ἐστιν ἴδιον ὄνομα. μὴ τοίνυν ζήτει ἓν ὄνομα κατὰ πάσης τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, οὐ γὰρ εὑρήσεις· ἀλλ᾽ εἴπερ ποτὲ καταστα[ί]ης ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν, ἀρκείτω σοι Πλάτωνα μιμησαμένῳ διελθεῖν, ὡς μιᾶς οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικήν, τὴν δὲ ἰατρικήν, ὑγιαινόντων μὲν δηλονότι τὴν γυμναστι-

vitam traduxerunt, par eſt ingenii ſolertiam procreari; atqui praeter haec nihil aliud ipſi prius agebant. Omnem enim ipſorum vitam in hoc circo verſari conſpeximus, aut edentium, aut bibentium, aut dormientium, aut ventrem exonerantium, aut ſeſe in pulvere lutoque volventium.

Cap. XXXVIII. His itaque dimiſſis, (veras enim artes et non vitioſas contemplaturi in hunc ſermonem incidimus,) legitimae gymnaſticae auctores jam accerſamus, Hippocratem, Dioclem, Praxagoram, Philotimum, Eraſiſtratum atque Herophilum, et quicunque alii totam artem ad corpus pertinentem didicerunt. Proxime vero Platonem dicentem audiviſti, ejus nullum eſſe proprium nomen. Ne igitur totius artis corpus curantis unum nomen quaerito, neque enim invenies. Verum, ſi forte de ipſa ſermonem habere inſtitueris, contentus ſis, Platonem imitatus, ita differere: *Una quum ſit corporis curatio, duas ejus partes appello, unam gymnaſticen, alteram curatricem,*

κήν, νοσούντων δὲ τὴν ἰατρικήν. ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐπισκέψεως ἄξιον, ὅτι μὴ τὴν ὑγιεινὴν τέχνην ὁ Πλάτων ἀντιδιεῖλε τῇ ἰατρικῇ, καθάπερ ἐποίησαν οἱ προειρημένοι πάντες ἄνδρες, ὧν, εἰ βούλει, μνημονεύσωμεν ἑνὸς, ἐπειδὴ καὶ πρόχειρα πᾶσίν ἐστιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα. λέγει τοίνυν Ἐρασίστρατος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν· οὔτε γὰρ ἰατρὸν εὑρεῖν ἔστιν, ὅστις δέδωκεν αὑτὸν εἰς τὴν περὶ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείαν. εἶτ' ἐφεξῆς· αἱ μὲν γὰρ παρά τι πάθος γιγνόμενον ἀπεψίαι καὶ αἱ τούτων θεραπεῖαι εἰς ἰατρικὴν, καὶ οὐκ εἰς τὴν τῶν ὑγιεινῶν πραγματείαν πίπτουσιν. εἶτ' αὖθις ἔτι προελθών· εἰ δέ τις εἴη φαυλότης περὶ τὸ σῶμα, δι' ἣν τὰ προσφερόμενα αἰεὶ διαφθαρήσεται, καὶ οὕτως εἰς τὴν αὐτὴν κακοχυμίαν τοῖς προϋπάρχουσιν ἥξει, τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἰατροῦ καὶ οὐχ ὑγιεινοῦ λύειν. εἶτ' ἐφεξῆς· τὸ λέγειν περὶ τούτων ἢ λύειν ταύτας ἰατροῖς καὶ οὐχ ὑγιεινοῖς ἐπιβάλλει. φαίνεται γὰρ οὗτος οὐ μόνον ὑγιεινήν τινα ὀνομάζων τέχνην ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἀλλὰ

fanorum quidem gymnafticen, aegrorum vero curatricem. Sed illud magis confideratione dignum, Platonem non falubrem artem curatrici in partitione oppofuiffe, quemadmodum antedicti omnes viri fecerunt: quorum unius (fi placet) meminero, quoniam ejus libri paffim celebrantur. Inquit igitur Erafiftratus in primo De tuenda fanitate: *Neque enim medicus inveniri poteft, qui fefe ad tractanda falubria contulerit.* Deinde fubjungit: *Cruditates enim ab aliquo affectu provenientes et ipfarum curationes ad medicativam, non ad falubrium tractationem rediguntur.* Deinde iterum progrediens addit: *Si quod vero in corpore vitium extiterit, propter quod affumpta femper corrumpentur, atque ita in aeque malos fuccos, ac funt priores, convertuntur, hujusmodi affectionem medici eft, non tuendae fanitatis magiftri, diffolvere.* Item paulo poft: *Praecipere de his, aut has difcutere, medicos, non falubres, decet.* Videtur enim ifte non artem quandam folum, perinde ut alii omnes, fed etiam ejus

καὶ τὸν τεχνίτην αὐτῆς ὑγιεινὸν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸν τῆς ἰατρικῆς ἰατρὸν, ἵνα τῆς περὶ τὸ σῶμα θεραπευτικῆς τέχνης, ἧς οὐδὲν ἦν ὄνομα τοῖς Ἕλλησιν ἴδιον, εἰς δύο τὰ πρῶτα τμηθείσης, ὥσπερ αὐτὰς τὰς τέχνας ἰατρικήν τε καὶ ὑγιεινὴν, οὕτως καὶ τοὺς τεχνίτας αὐτῶν ὀνομάζωμεν ὑγιεινόν τε καὶ ἰατρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἐχρήσαντο τοῖς ὀνόμασιν.

Κεφ. λθ'. [34] Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὔπω κατὰ Πλάτωνα σύνηθες ἦν τοῖς Ἕλλησιν οὔτε ὑγιεινὴν τὴν τέχνην, οὔτε τὸν ἐπιστήμονα καλεῖν ὑγιεινόν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ τοῦ Ἱπποκράτους ὑγιεινὸν ὑγιεινὸν, ἀλλὰ τὸ μέν τι περὶ διαίτης ἐπιγέγραπται, τὸ δέ τι περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων. τάχα δ', ὡς ἔφην, οὐδὲ χρείαν εἶναι διαίτης ὁ Πλάτων ἐνόμιζεν τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἀλλ' ἀρκεῖν μόνην γυμναστικήν. οὐδὲ γὰρ τὸ ἀναληπτικὸν μόριον ἢ τὸ προφυλακτικὸν ἴσως ἡγεῖται προσήκειν τῇ γυμναστικῇ. μέσα γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτὰ τεταγμένα δυνατόν ἐστιν, ὁποτέρῳ τις βούλεται, προσνέμειν. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτά τις τοῖς ἰατροῖς ἐπιτρέψειεν,

profefforem falubrem appellare, quemadmodum, ut cenfeo, et medicativae profefforem medicum vocat: ut artis corpus curantis, cujus nullum proprium apud Graecos nomen erat, in duas principes partes diftributae, ficut ipfas partes medicativam falubremque, ita et earum profeffores medicum falubremque appellemus. Eodem modo autem et plerique alii medici nominibus ufi funt.

Cap. XXXIX. Caeterum, ut videtur, Platonis temporibus nondum Graeci aut artem ipfam, aut ejus profefforem falubrem appellare confueverant. Neque enim Hippocratis liber falubris falubris infcribitur, fed alter de ratione victus, alter de aquis, aëre et locis infcribitur. Forfitan autem, ut proxime retuli, neque fanis opus effe ratione victus Plato opinabatur, fed ipfis gymnafticam folam fufficere; neque enim inftaurativam partem aut praefervativam ad gymnafticam fortaffe pertinere exiftimabat: medias enim ipfas (ut dixi) collocatas, utri volueris, adjicere potes. Quod fi et ipfa medicativae adjungas,

ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν, ἀέρων τε πέρι, καὶ ὑδάτων, καὶ χωρίων, καὶ γυμνασίων, καὶ σιτίων ἐπισκοπούμενον· καίτοι γε οὐδὲ περὶ σιτίων ἁπάντων, ἀλλ᾽ ὅσα τοῖς ὑγιαίνουσιν ἁρμόττει μόνον. τάχα δ᾽, ἐπειδὴ καὶ τὰ τῶν ἀέρων τε καὶ χωρίων καὶ ὑδάτων ἔφθανεν ἤδη γιγνώσκεσθαι τοῖς ἰατροῖς, ὡς ἂν καὶ πρώτου τοῦ θεραπευτικοῦ μορίου συστάντος, οὐδὲν ἔτι προσεπιμαθεῖν αὐτῶν ἐνέλιπεν εἰς τὸ μὴ μόνον ἰατροῖς, ἀλλὰ καὶ ὑγιεινοῖς γενέσθαι, πλὴν τῆς περὶ τὰ γυμνάσια τέχνης. οὔκουν οὐδὲ ἀπεικὸς, οὐδ᾽ ἀπὸ μόνου τοῦ προσαγορευθέντος ὀνομασθῆναι τὸ σύμπαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπὲρ ὀνόματός ἐστιν, οὐ περὶ πράγματος σκοπεῖσθαι.

Κεφ. μ′. Καὶ εἴ τις, ὅπερ καὶ πρόσθεν εἶπον, αὐτὸ δὴ τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι μὴ καὶ περὶ πράγματος ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὀνόματός ἐστιν, ἐμὲ κελεύσειεν ἀποφαίνεσθαί τι καὶ περὶ τοῦδε, βέλτιον ὀνομάζειν ἐρῶ τοὺς δύο τὰ πρῶτα μόρια φάσκοντας τῆς ὅλης τέχνης ὑγιεινόν τε καὶ θεραπευτικὸν, εἴ γ᾽ ἐν ταῖς μεθόδοις ταῖς διαιρετικαῖς ἐμάθομεν

exigua erit falubris portio de aëre, aqua, locis, exercitationibus cibisque tantum confiderans; atqui neque de cibis omnibus, fed de illis tantum, qui ad fecunda fruentes valetudine pertinent. Quin etiam fortaffe, quum aëris, regionum aquarumque notitiam medicus praeoccupaffet, utpote curativa parte ante conftituta, nihil amplius de ipfis non folum medicis, fed etiam falubribus inftituendis, praeter artem exercitationum rationem tradentem difcendum fuperat. Quam ob rem neque abfurdum fuit et a parte nomen habente totum appellari. Verum haec de nomine eft, non de re difputatio.

Cap. XL. At fi quifpiam (quod et fupra pofui) id ipfum perfpiciens, non de re, fed de vocabulo inftitutum effe fermonem, me et de hoc aliquid dicere praecipiat, melius eos facere dixero, qui duas totius artis principes partes falubrem curativamque appellant; quandoquidem in dividendi methodis didicimus ejufdem ge-

Ed. Chart. VI. [34.] Ed. Baf. IV. (298.)

ἀντιδιαιρεῖν ἀλλήλοις ὁμογενῆ πράγματα. τῷ γὰρ, εἰ τύχοι, τῶν ζώων εἰπόντι τὰ μὲν ἐναέρια, τὰ δ᾽ ἔνυδρα, προσθεῖναι τούτοις τὰ λογικὰ προφανῶς ἄτοπον. ἡ μὲν γὰρ προτέρα διαίρεσις ἔμπυρά τε καὶ ἔγγεια προσκεῖσθαι ποθεῖ· ταῦτα γὰρ ἀνάλογόν ἐστι τοῖς ἐναερίοις τε καὶ ἐνύδροις· ἡ δ᾽ αὖ δευτέρα τοῖς λογικοῖς ἀντιδιαιρεῖσθαι βούλεται τὰ ἄλογα. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῷ μὲν θνητῷ τὸ ἀθάνατον, ἀγρίῳ δὲ τὸ ἥμερον, καὶ πεζῷ τὸ πτηνὸν καὶ τὸ νηκτόν· ἐσχάτη γὰρ ἀτοπία τῶν ζώων, εἰ τύχοι, τὰ μὲν ἀθάνατα λέγειν εἶναι, τὰ δὲ πεζὰ, τὰ δὲ δίποδα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, εἴ τις ἐθέλοι τέμνων ἐξευρίσκειν τὰ μόρια, τὸ μὲν τοὺς νοσοῦντας ἰώμενον ἰατρικῆς τέχνης λεχθήσεται, τὸ δὲ τῶν ὑγιαινόντων προνοούμενον ὑγιεινῆς. καὶ τούτου γ᾽ ἔτι κάλλιον, ὡς ἡμεῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἐπανορθωτικῆς τινος οὔσης, τὸ μὲν κατὰ μεγάλα τὴν ἐπανόρθωσιν ποιούμενον ἰατρικόν τε καὶ ἰατρικὴ ὀνομασθήσεται, τὸ δὲ κατὰ σμικρὰ, καὶ διὰ τοῦτο λανθάνον, εἰ

neris res per oppofita membra partiri. Exempli namque gratia de animalibus dicens alia effe aërea, alia aquatilia, fi addat, alia rationabilia, perabfurdum evidenter faceret: nam prior partitio ignea terreftriaque adjici poftulat; haec enim proportione aëriis aquatilibusque refpondent; rurfus autem fecunda in dividendo rationalibus irrationalia opponi requirit, ac eadem ratione mortali quidem immortale, fero manfuetum, pedeftri volucre natatileque opponitur: extremae namque abfurditatis eft animalium aliqua immortalia effe dicere, aliqua pedeftria, aliqua bipeda. Ad eundem fane modum in arte, quae circa corpus occupatur, fi quis eam partiens invenire partes quaerat, et aegros curantem medicativam, et fanis confulentem falubrem appellabit. Quin imo etiam melius, ut et nos antea dicebamus, ars corporis-curam habens emendatrix quum fit, qua parte magna vitia corrigit, medicativa feu medicatrix nominabitur, qua vero exiguas noxas tollit, ideoque prae exiguitate, num etiam ab initio cor-

τὴν ἀρχὴν ἐπανορθοῦται, φυλακτικόν. ἔτι δὲ κάλλιον ὀνομάσεις ἀπὸ τῶν ὑλῶν αὐτὰ, νοσερὸν μὲν τὸ ἕτερον, ὑγιεινὸν δὲ θάτερον. εἰ δ᾽ αὖ πάλιν ἐθέλοις τέμνειν τὸ ὑγιεινὸν ἢ φυλακτικὸν, (εἴρηται γὰρ, ὡς ἑκατέρως ἐγχωρήσει προσαγορεύειν,) ἀπὸ μὲν τῆς ὑποκειμένης ὕλης εἰς τρία τεμεῖς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τό τ᾽ ἀναληπτικὸν ὀνομαζόμενον, καὶ τὸ κατ᾽ εἶδος ὑγιεινὸν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ εὐεκτικόν. ὑποβέβληται γὰρ [35] ἡ ἴδιος ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ὕλη, τῷ μὲν τὸ κατὰ σχέσιν ὑγιαῖνον σῶμα, τῷ δὲ τὸ καθ᾽ ἕξιν, τῷ τρίτῳ δὲ τὸ καλούμενον εὐεκτικόν· συμβέβηκε γὰρ ὁμωνύμως λέγεσθαι τοῖς μορίοις τῆς τέχνης αὐτὰ τὰ σώματα. κατὰ δὲ τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων εἴπερ ἡ τομή σοι γένοιτο, τετραχῇ διαιρήσεις τὴν φυλακτικήν τε καὶ ὑγιεινὴν ταύτην τέχνην. ἔσται γὰρ αὐτῆς ἡ μὲν ἐν προσφερομένοις, ἡ δὲ ἐν ποιουμένοις, ἡ δὲ ἐν κενουμένοις, ἡ δὲ ἐν τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν ἀναστρεφομένη· διὰ τούτων γὰρ ἡ ὑγίεια φυλάττεται. τὸ μὲν οὖν ἐν (299) τοῖς προσφερομένοις τῆς ὑγιεινῆς τέχνης μέρος ἐδεσμάτων τ᾽ ἐστὶ καὶ πομάτων

rigat, fenfum fubterfugiens, confervatrix dicetur. Quin etiam aptius a materiis has partes morbidam unam, falubrem alteram appellaveris. Quod fi rurfus velis falubrem feu confervativam partiri, (utroque enim modo licere appellare dictum eft,) a fubjecta ipfam materia in tria diduces, ut fupra retulimus, in analepticen dictam et in falubrem fecundum fpeciem, praeterea et in boni habitus effectricem; nam fingulis dictis partibus propria materia fubjicitur, uni fecundum habitudinem valens corpus, alteri fecundum habitum, tertiae bono habitu praeditum; accidit enim ipfa corpora eodem cum partibus artis nomine appellari. Quod fi fecundum auxiliorum materias artem hanc falutarem confervatricemque diftribuas, in quatuor partes fecabitur; una fiquidem in affumptis, altera in iis, quae fiunt, tertia in iis, quae evacuantur, quarta in forinfecus occurfantibus verfatur; per haec enim fanitas cuftoditur. Pars igitur falubris artis in iis, quae affumuntur, verfans ciborum potionumque ad fanitatis

ἐπιστήμη τῶν εἰς ὑγιείας φυλακὴν ἀνηκόντων, τὸ δ᾽ ἐν τοῖς κενουμένοις ἱδρώτων τε καὶ διαχωρημάτων, οὔρων τε καὶ ὅλως ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκκενοῦσθαι δεομένων, τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἀέρος, ὕδατος, ἅλμης, θαλάττης, ἐλαίου τῶν τε ἄλλων ἁπάντων τῶν τοιούτων. ἔτι δὲ τὸ τέταρτόν τε καὶ λοιπὸν ὅπερ ἐν τοῖς ποιουμένοις ἐτέτακτο μέρος τῆς τέχνης ἐν γυμνασίοις ἐστὶ καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπιτηδεύμασιν. καὶ γὰρ ἐγρήγορσις, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὕπνος, καὶ ἀφροδίσιά τε καὶ θυμὸς, καὶ φροντὶς, καὶ λουτρὸν ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶν, καὶ χρὴ διαγινώσκειν τῶν ὑγιεινῶν ἑκάστου τῶν εἰρημένων ποσότητά τε καὶ ποιότητα, καὶ καιρόν.

Κεφ. μα΄. Πολλοστὸν οὖν μέρος γίνεται τῆς ὑγιεινῆς τέχνης ἡ περὶ τῶν γυμνασίων ἐπιστήμη. δικαιότερον γὰρ, οἶμαι, καλεῖν ἐστι γυμναστικὴν τέχνην, ἥτις ἂν ἐπιστήμη τῆς ἐν ἅπασι τοῖς γυμνασίοις ᾖ δυνάμεως, ὡς τό γε περὶ τῶν κατὰ τὴν παλαίστραν ἐπίστασθαι μόνον ἐσχάτως πω μικρόν ἐστι, καὶ πᾶσιν ἥκιστα χρήσιμον. ἐρέσσειν οὖν ἀμει-

custodiam pertinentium scientia est; quae vero in iis, quae evacuantur, sudores, dejectiones, urinas, in universumque omnia, quae corpus nostrum excernere debet, considerat; quae exterius incidentium est, aërem, aquam, salsuginem, mare, oleum, aliaque hujusmodi omnia speculatur. At quarta pars artis, quae superest, in iis quae aguntur posita, exercitationibus appellatisque studiis continetur: expergefactio namque et vigilia, somnus, venus, ira, curae, lavatio ex hoc genere sunt. Atque singulorum enumeratorum salubrium quantitas, qualitas, occasio dignoscenda est.

Cap. XLI. Quantula igitur salubris artis pars est de exercitationibus scientia? rectius enim puto gymnastica ars appellabitur, quae omnium exercitationum facultatis cognitio est. Nam quae ad palaestram solum pertinent, cognoscere perquam exiguum est, omnibusque mortalibus minime utile. Quandoquidem navigare, fode-

νόν ἐστι, καὶ σκάπτειν, καὶ θερίζειν, καὶ ἀκοντίζειν, καὶ τρέχειν, καὶ πηδᾷν, καὶ ἱππάζεσθαι, καὶ κυνηγετεῖν, ὁπλομαχεῖν τε καὶ σχίζειν ξύλα, καὶ βαστάζειν, καὶ γεωργεῖν, ἅπαντά τε τἄλλα κατὰ φύσιν ἐργάζεσθαι κρεῖττον, ἢ κατὰ παλαίστραν γυμνάζεσθαι. καί σοι πάρεστιν ἤδη σκοπεῖν, οὐ μόνον ὅτι πολλοστόν ἐστι μόριον ὑγιεινῆς τέχνης ἡ γυμναστική, ἐλάχιστον δ᾽ αὖ πάλιν ἐστὶ τῆς γυμναστικῆς τὸ περὶ τῶν κατὰ παλαίστραν μόριον, ὅτι τε τούτῳ παράκειται τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα, καὶ διαθέσεώς τινος ἀπεργαστικὸν, οὐ φύσει, καὶ κακοτεχνίαν ἐπιστατοῦσαν ἔχον, ὑποδυομένην μὲν τέλει χρηστῷ τῆς εὐεξίας, ἄλλο δ᾽ ἔτι μᾶλλον ἢ εὐεξίαν ἐργαζόμενον, ἀλλὰ ὅτι τῆς μὲν τοιαύτης κακοτεχνίας οἱ δυστυχῶς ἀθλήσαντες ἐξαίφνης ἐπιστήμονες ἀναφαίνονται, τῆς δ᾽ ὄντως γυμναστικῆς Ἱπποκράτης καὶ ὁ προειρημένος ἅμ᾽ αὐτῷ χορὸς ἐπιστήμων ἐστίν. ὥσπερ δ᾽ ἐν τοῖς κατὰ ἰατρικὴν οὐχ ἅπασιν ὀρθῶς ἅμα εἴρηται πάντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ γυμνασίων. ἀλλὰ νῦν οὐ πρόκειται διελέγχειν τοὺς κακῶς ὑπὲρ αὐτῶν

re, metere, jaculari, currere, saltare, equitare, venari, armis certare, ligna findere, bajulare, et agrum colere, omniaque alia secundum naturam facere, quam lucta exerceri, melius est. Unde tibi iam intueri licet, non modo salubris artis portiunculam esse gymnasticam, sed etiam gymnasticae minimam esse particulam luctandi studium; huicque cognata athletarum professio, et affectionis cujusdam non naturalis effectiva, vitiosamque artem sibi propositam habens, optimum quidem boni habitus finem prae se ferentem, sed omnia alia potius quam bonum habitum producentem. At huius improbae artis isti misere luctati repente scientissimi evaserunt, verae autem legitimaeque gymnasticae Hippocrates et nuper cum ipso enumeratus illustrium virorum coetus peritus est. Quemadmodum vero ad curativam partem pertinentia non rite omnia ab omnibus simul tradita sunt, perinde et de exercitationibus non vera omnia praecepta tradidere. Verum in praesentia perperam de ipsis loquutos

ἐγνωκότας, ἀλλ' ἐξηγεῖσθαι τοὔνομα τῆς γυμναστικῆς, ὡς ἔστιν ἐπιστήμη τις ἥδε τῶν ἐν γυμνασίοις δυνάμεων, ὥσπερ ἡ φαρμακευτικὴ τῶν ἐν φαρμάκοις· ἄμφω γὰρ ταῦτα τὰ μόρια τὴν κλῆσιν ἀπὸ τῶν ὑλῶν ἔσχηκεν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις οἷς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον.

Κεφ. μβ'. [36] Καὶ δῆλον ὡς, ὅσοι τὴν γυμναστικὴν ἀντιδιαιροῦσι τῇ ἰατρικῇ, κακῶς γινώσκουσιν. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ὕλης, ἡ δ' ἀπὸ τῆς καθόλου τε καὶ γενικῆς ἐνεργείας ὠνόμασται. πρῶται μὲν γάρ εἰσιν αἱ κατὰ μέρος ἐνέργειαι, καθῆραι δι' ἐλλεβόρου καὶ σκαμμωνίας, εἰ τύχοι, καὶ τεμεῖν φλέβα, καὶ ὀστοῦν ἐκκόψαι, καὶ ἀσιτῆσαι προστάξαι, καὶ δοῦναι τροφήν· ἐπ' αὐταῖς δ' ἕτεραι γενικώτεραί τε καὶ ἤδη καθόλου, φαρμακεῦσαι, καὶ χειρουργῆσαι, καὶ διαιτῆσαι, καὶ τούτων ἁπασῶν κοινὴ, τὸ ἰάσασθαι, καθάπερ, οἶμαι, πάλιν ἐπὶ ταῖς περὶ τὰ ὑγιαίνοντα γιγνομέναις ἐνεργείαις ἁπάσαις κοινὴ ἡ φυλακή. καὶ ὅστις ἀντιδιαιρεῖται τῷ ἰατρικῷ τὸ φυλακτικὸν, ὁμογενῶν ποιεῖται τὴν

castigare propositum non est, sed gymnasticae nomen declarare, quod scilicet haec facultatum in exercitationibus positarum, quemadmodum et medicamentaria facultatum in medicamentis repertarum, scientia quaedam est: ambae enim hae partes a materiis denominationem sortitae sunt, sicut et aliae, quas paulo ante recensui.

Cap. XLII. Atque hinc eos male sentire constat, qui in dividenda tota arte gymnasticam medicativae opponunt; illa namque a materia, haec a generali communique actione appellationem habet. Nam primae actiones singulares sunt, veratro aut scammonia exempli causa purgare, venam aperire, os excidere, inediam indicere, cibum exhibere; post has aliae communiores ac jam universales, medicari, manus opera uti, rationem victus instituere, omnibusque istis commune mederi, quemadmodum, ut puto, iterum actionibus circa sana corpora accommodatis omnibus communis est conservatio. Ac quisquis per divisionem medicativo conservativum opponit,

ἀντίθεσιν, ἄμφω γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὠνόμασται, καθάπερ αὖ πάλιν ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης ὕλης τό τε νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν. ἀπὸ δὲ τῆς τῶν βοηθημάτων ὕλης τό τε φαρμακευτικὸν ὠνόμασται καὶ τὸ γυμναστικόν· τὸ μὲν γὰρ τοῦ νοσεροῦ τε καὶ ἰατρικοῦ μέρος ὑπάρχει, τὸ δὲ τοῦ ὑγιεινοῦ τε καὶ φυλακτικοῦ.

Κεφ. μγ'. Προσέχειν δ' ἐνταῦθα τὸν νοῦν χρὴ, μή πη λάθωμεν τὸν αὐτὸν ἀποδείξαντες τῷ γυμναστικῷ τὸν ἐπιστάτην τοῦ παλαίσματος καὶ μόριόν τι ποιήσαντες ὅλης τῆς γυμναστικῆς τὴν ὡς ἂν εἴποι τις παλαιστρικήν. ὁ γὰρ ἐπιστάμενος τά τε παλαίσματα σύμπαντα καὶ τῶν τρίψεων ἁπάσας καλῶς ἐργάζεσθαι τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας ἀνάλογόν ἐστι σιτοποιῷ, καὶ μαγείρῳ, καὶ οἰκοδόμῳ, δημιουργεῖν μὲν ἐπισταμένοις ἄρτους τε καὶ ὄψα καὶ οἰκίας, οὐ μὴν ἐπαΐουσί γ' οὐδὲν οὐδὲ γινώσκουσιν, ὅ τί τε χρηστὸν ἐν αὐτοῖς καὶ μὴ χρηστὸν, ἥντινά τε δύναμιν ἔχον ἕκαστον αὐτῶν ἐστι πρὸς ὑγίειαν. ἡ μὲν οὖν προνοουμένη τοῦ σώματος ἡμῶν τέχνη μία, καθάπερ εἴρηται πολλάκις,

cognatorum oppofitionem facit: utrumque enim ab actione nominatum eft, quemadmodum rurfum a fubjecta materia morbofum atque falubre, ab auxiliorum autem materia medicamentarium ac gymnafticum, hoc eft exercitatorium; illud enim morbofi et medicativi pars eft, hoc falubris et confervativi.

Cap. XLIII. Caeterum hoc loco diligenter mentis acies exercitanda eft, ne gymnafticum palaeftraeque praefectum eundem nos efficere, totiusque gymnafticae partem quandam luctatoriam (ut ita dicam) conftituere nos praetereat, quandoquidem et qui luctae et frictionum omnes fingillatim actiones rite obire valeat, ifte panifici, coquo, aedificatori proportione refpondet, facere quidem panes, obfonia, aedes fcientibus, minime tamen, quid in ipfis optimum fit, quid non optimum, intelligentibus, quamve facultatem ipforum unumquodque ad fanitatem habeat, non dignofcentibus. Nempe ars, quae corpus humanum curat, ut crebro ante repetitum fuit, una eft, aliae vero

αἱ δ᾽ ἄλλαι τὰς ὕλας ταύτῃ παρασκευάζουσιν. οὔτε γὰρ, οἷς ἄμεινόν ἐστιν ὑποδεδέσθαι μὲν, καὶ ἀνυποδέτους εἶναι, σκυτοτόμος οἶδεν, οὔθ᾽ οἷς ὑποδεδέσθαι μὲν, ἀλλὰ τοῖον ἢ τοῖον ὑπόδημα. τοῦτο μὲν γὰρ Ἱπποκράτης γιγνώσκει, καὶ κελεύει γε τῷδέ τινι φορεῖν ἀρβύλας τὰς πηλοπάτιδας, οὐ μὴν αὐτός γε δημιουργήσει τὰς ἀρβύλας, οὐ μᾶλλον, ἢ ὁ στρατηγὸς τὸ κράνος, καὶ τὸν θώρακα, καὶ τὸ δόρυ, καὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ τὴν μάχαιραν, καὶ τὰς κνημῖδας. οὐδὲ γὰρ ὁ οἰκοδόμος οἶδεν ὑψηλῆς πέρι καὶ ταπεινῆς οἰκήσεως, οὐδ᾽ ἔτι πρὸς ἀνατολὴν ἢ δύσιν ἐστραμμένης, οὐδέ γε τῆς πρὸς βοῤῥᾶν τε καὶ ψυχρᾶς, ἢ νοτίου καὶ θερμῆς, οὐδὲ σκοτεινῆς ἢ φωτεινῆς, οὐδὲ καταγαίου τε καὶ ὑπερώου, καὶ νοτερᾶς, καὶ ξηρᾶς, ἀλλ᾽ ὅλως ἀγνοεῖ, τίνα μὲν ὠφέλειαν ἕκαστον τούτων ἔχει, τίνα δὲ βλάβην, ὥσπερ γε καὶ ὁ σιτοποιὸς οὐκ οἶδεν, ὅτῳ χρὴ καθαρὸν ἄρτον διδόναι, καὶ ὅτῳ συγκόμιστον, οὐδὲ ὅτῳ πολὺν, ἢ ὀλίγον, οὐδ᾽ ἐν ὅτῳ καιρῷ, κατασκευάζει μέντοι καλῶς αὐτούς.

huic materias comparant; neque enim alutarii cerdones, quibus calceatis, quibus fine calceis ambulare melius fit, noverunt; fed neque quibus calceis uti quidem melius eft, quo tamen calceorum genere uti debeant, compertum habent. Id autem Hippocrati haud ignotum eft: cuidam enim arbylis lutum calcantibus calceari praecepit, non tamen ipfe arbylas conficeret, quemadmodum neque imperator galeam, loricam, haftam, clypeum, gladium, aut ocreas conderet. Praeterea neque aedificator de excelfa aut humili domo quicquam novit, aut de converfa ad occidentem aut orientem, aut ad aquilonem vergente et frigida, aut ad auftrum et calida, aut tenebricofa, aut illuftri, aut de humili ejus parte five fuperiore, aut de humida vel ficca, fed quam utilitatem illa fingula, quamve noxam afferant, prorfus ignorat, perinde ut panifex etiam, cuinam puriffimus panis, cui furfuraceus, cui multus aut paucus, quove tempore fit dandus, ignorat, ipfos vero panes egregie conficit.

ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μάγειρος ἢ φακῆν, ἢ πτισάνην, ἢ χόνδρον, ἢ τεῦτλον, ἤ τι τῶν ἄλλων ἐπίσταται σκευάζειν, οὐκ εἰδὼς οὐδενὸς αὐτῶν τὴν δύναμιν. αἱ μὲν δὴ τοιαῦται τέχναι τὰς ἁπάσας ὕλας παρασκευάζουσι τῇ θεραπευτικῇ τοῦ σώματος, ὥσπερ αὐταῖς ταύταις ἕτεραι, τῷ μὲν σιτοποιῷ τοὺς πυροὺς ὁ γεωργὸς, καὶ κλίβανον ὁ ἰπνοπλάστης, καὶ ὁ ὑλοτόμος τὰ ξύλα, καὶ ὁ τέκτων τὸν ἄβακα, τῷ τέκτονι δ' αὐτῷ πάλιν ἄλλος μὲν ἀξίνην, ἄλλος δὲ στάθμην, ἄλλος δ' αὖ τὰ ξύλα· [37] καὶ σκυτοτόμῳ δὲ κατὰ ταὐτὰ τὴν μὲν σμίλην ἡ χαλκευτικὴ, τὰ σκύτη δὲ βυρσοδεψικὴ, τὸν καλόποδα ἡ τεκτονική· καὶ οἰκοδόμῳ δὲ λατύποι τε καὶ λιθοτόμοι, καὶ πλινθουργοὶ, καὶ τέκτονες, οἱ μὲν λίθους, οἱ δὲ πλίνθους, οἱ δ' ἐπιτήδεια ξύλα προπαρασκευάζουσιν. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται τέχναι σύμπασαι προσδέονταί τε ἀλλήλων καὶ παρασκευάζουσι ταῖς τελεωτέραις τάς θ' ὕλας αὐτὰς, ἐξ ὧν ἐργάζονται τὸ τέλος, ὄργανά τε χρηστὰ, δι' ὧν ἐκείνας κοσμοῦσιν.

Κεφ. μδ'. Ἁπάσαις δ' αὐταῖς ἐφέστηκεν, οἷον ἀρχιτεκτονική τις, ἡ θεραπευτικὴ τοῦ σώματος, καὶ κελεύει τῇ

Eadem ratione et coquus lentem, hordeum, alicam, betam, aut aliorum aliquid, nullius ipsorum vires cognoscens, esui tamen apta reddere peritus est. Id genus artes materias omnes arti corporis curatrici subministrant, quemadmodum his ipsis aliae, panifici quidem frumentum agricola, furnum furnifex, arborum succisor ligna; faber lignarius abacum, fabro lignario autem ipsi rursum alius asciam, amussim alius, item alius ligna; at alutario cerdoni itidem cultrum fabrilis ars, coria pellium concinnatrix, pedis effigiem lignaria, aedium quoque structori sculptores lapicidae, laterum figuli et fabri lignarii, illi quidem lapides, isti lateres, hi vero ligna idonea praeparant. Omnes igitur id genus artes mutua ope indigent, et perfectioribus materias ipsas, ex quibus finem assequuntur, suppeditant, et instrumenta optima, per quae illas adornant, efficiunt.

Cap. XLIV. Omnibus his autem, ceu quaedam architectonica ars, corporis curativa praesidet, siquidem

μὲν οἰκοδομικῇ τοιάνδε τινὰ τὴν οἰκίαν, τῇ δὲ σκυτοτομικῇ τὸ ὑπόδημα, καὶ τῇ μὲν σιτοποιητικῇ τὸν ἄρτον, τῇ δ᾽ αὖ μαγειρικῇ τοὖψον, ἑκάστῃ τε τῶν ἄλλων, ὡς ἑκάστη πέφυκεν. ἀλλὰ ταύτης τῆς περὶ τὸ σῶμα θεραπευτικῆς ἡ ὑγιεινὴ μόριον ἦν, καὶ ταύτης τετραχῇ τεμνομένης, ἑνὸς τῶν μορίων ἦν γυμναστικὸν μόριον. αὕτη τοίνυν οἷον ἀρχιτεκτονική τίς ἐστιν τοσῶνδε τεχνῶν, ἱππευτικῆς μὲν, ὅταν ἱππάζεσθαι δέῃ, διδάσκουσα μέτρον καὶ καιρὸν καὶ ποιότητα, κυνηγετικῆς δὲ καὶ συμπάσης θηρευτικῆς, ὅταν αὖ τούτων ἡ χρεία καλῇ, κατὰ ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ σκαπτόντων, καὶ θεριζόντων, καὶ ὑλοτομούντων, καὶ ἐρεσ-(300)σόντων, καὶ ὀρχουμένων, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἐνεργούντων ἐπιστατεῖ τε καὶ ἄρχει καὶ προστάττει.

Κεφ. με΄. Μία τῶν τοιούτων ἐστὶ τεχνῶν καὶ ἡ περὶ τὰ παλαίσματα· καλῶμεν δ᾽ αὐτὴν, εἰ βούλει, παιδοτριβικήν· αὕτη μὲν οὐδ᾽ ἐπαΐουσα τῶν πρὸς ὠφέλειάν τε καὶ βλάβην τοῦ σώματος εὐσχήμονας δὲ καὶ πολυειδεῖς, καὶ καταβλητικὰς, καὶ ἀπόνους ἐξευρίσκουσα λαβάς τε ἅμα καὶ

